de la compañia de [illegible] granada

# CONCIONES. IN SACRVM QVADRAGESIMAE TEMPVS

& in dies dicatos Sanctis illo tempo-
ris [illegible]

*Quas gratas & [illegible] optat Autor.*

Franciſco de Auila, doctore Theologo & Belmontano Canonico

Autore.

*Dicantur Doctori D. Garſię a Galarça, viro bonarum omnium artium & linguarum peritiſsimo, Epiſcopo Caurienſi Vigilantiſsimo.*

Teſtificor coram Deo, &c. Prædica verbum: inſta, opportune, importune; argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. 2. Thim. 4.

*Cum indice rerum præcipuarum:*

CVM PRIVILEGIO

*COMPLVTI.*

Ex Typographia Antonij Gotard.

1589.

de la compañia de Jesus de Granada

# CONCIONES.

# IN SACRVM QVADRAGESIMAE TEMPVS

& in dies dicatos Sanctis illo tempore occurrentes.

*Quas gratas & vtiles optat Autor.*

Franciſco de Auila, doctore Theologo & Belmontano Canonico Autore.

*Dicantur Doctori D. Garſiæ a Galarça, viro bonarum omnium artium & linguarum peritiſsimo, Epiſcopo Caurienſi Vigilantiſsimo.*

Teſtificor coram Deo, &c. Prædica verbum inſta, opportune, importune; argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. 2. Thim. 4.

*Cum indice rerum præcipuarum.*

CVM PRIVILEGIO

*COMPLVTI.*

Ex Typographia Antonij Gotard.

1589.

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 4
Número: 438

# IESVS MARIA.

PER ſupremi Regij ſenatus mandatum, librum (cuius eſt titulus, Quadrageſimæ, et ſanctorum illo tempore occurrentium, conciones a doctiſsimo & nũquam ſatis laudato viro Franciſco de Auila, ſacræ Theologiæ doctore, digniſsimo autore) meæ fidei commiſſum, vt de illo, prælo mandando, meum teſtimonium redderem, ſuſcepi, & ad finem vſque libentiſsime perlegi: in cuius ſane lectione, cum nihil, quod Catholicæ fidei Chriſtianæ religionis pietati, aut bonis moribus aduerſum ſit & diſſonum, ſed omnia vera, catholica & pia, ita graphice, exacte & perfecte inueniantur, digniſsimum iudico qui typis excudi in publicam Eccleſiæ vtilitatem mandetur: erit enim omnibus & maxime diuini verbi enunciatoribus vſui et ornamento. Quod teſtimonium, quoniam verum eſt, proprij nominis ſubſcriptione confirmare decreui Apud S. Philippum de Madrid pridie nonas Nouembris. Anno 1587.

Frater Antonius de Villegas.

Miquilez

# EL REY.

POR quãto por parte de vos el doctor Auila Canonigo dela Igleſia collegial de la villa deBelmonte nos fue hecha relacion que vos auiades compueſto tres libros el vno en latin intitulado cõciones in ſacrum Quadrageſimæ tẽpus, & in dies dicatos ſanctis, y los otros dos en romance que el vno ſe intitula doctrina de principe y pueblo Chriſtiano y el otro auiſos de letras diuinas y humanas, en los quales auiades pueſto mucho trabajo atento lo qual nos pediſtes e ſuplicaſtes os dieſſemos licencia para los poder imprimir y preuilegio para los vender por el tiempo que fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe lo qual viſto por los del nueſtro conſejo e como por ſu mandado ſe hizierõ en los dichos libros las diligencias q̃ la pregmatica por nos ſobre ello fecha diſpone. Fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razõ y nos tuuimos lo por bien por la qual vos damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes que corrã y ſe cuenten deſde el dia de la datta della vos o la perſona q̃ vueſtro poder ouiere podays imprimir e vender los dichos libros q̃ de ſuſo ſe hazen mencion en eſtros nueſtros Reynos e por la preſente damos licencia a qualquier impreſſor dellos qual vos nõbraredes para q̃ por eſta vez puedan imprimir los dichos libros q̃ de ſuſo ſe hazen mẽciõ por los originales q̃ en el nueſtro cõſejo ſe vieron q̃ van rubricados cada plana e firmados al fin dellos de Gõçalo de la Vega nueſtro eſcriuano de camara, de los q̃ en el nueſtro cõſejo reſidẽ. E cõ q̃ antes q̃ ſe vẽdã los traygays ante los del nueſtro conſejo juntamente con los originales para que ſe vea ſi la dicha impreſsiõ eſta conforme a ellos y traygays fee en publica forma como por el corrector nombrado por nueſtro mandado ſe vio e corregio la dicha impreſsiõ y eſta cõforme a ellos y quedan anſi meſmo impreſſas las erratas por el apuntadas por cada vn libro de los q̃ anſi fueren impreſſos e ſe os taſſe el precio q̃ por cada volumen, ouieredes de auer ſopena de caer e incurrir en las penas cõtenidas en la dicha pregmatica y leyes de nueſtros Reynos y mãdamos q̃ durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licencia no los pueda imprimir ni vender ſo pena que el que los imprimiere o vẽdiere aya perdido y pierda todos e qualeſquier libros y moldes que dellos tuuieren o vendieren eneſtos nros Reynos e incurran en pena de cinquenta mil marauedis la tercia parte dellos para el denunciador y la otra tercia parte para nueſtra camara y la otra

tra tercia parte para el juez que lo ſentenciare y mandamos a los del nueſtro conſejo preſidente y oydores de las nueſtras audiēcias Alcaldes Alguaciles đla nueſtra caſſa y corte y chācillerias y a todos los corregidores aſiſtente gouernadores alcaldes mayores y ordinarios y otros juezes e juſticias qualeſquier de todas las ciudades villas y lugares de los nueſtros reynos y ſeñorios aſi a los que agora ſon como a los que ſeran de aqui adelante que vos guarden. E cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos y cōtra ſu thenor e forma no vayan ni paſſen en manera alguna ſopena de la nueſtra merced y de diez mil marauedis para la nueſtra camara fecha en el pardo. A veynte y nueue dias de Nouiembre de mil y quinientos y ochenta y ſiete años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor.

*Juan Vazquez.*

Ego licentiatus Chriſtophorus Orduña in Academ. Complu. Collega trilinguis, & Regia autoritate typicę officinæ caſtigator hunc perluſtraui librum, qui exēplari conſonat ſuo, exceptis à me mendis aſsignatis. F. folium. P. paginam. *L.* lineam, indicet.

Fol.1.pag.2.lin.26.leg, factos.f.2.p.1.in margine.lege omnibus.f.6.p.1.l.22.eueniet,f.9.p.?.l.19.per iram. f.10 p.i.l.11.vlciſcerer.&.p.2.l.15.vernans.&.l.22.à domino f.13.pa.2.li.7.magna.f.15.p.1.l.14.fiāt.f.16.p.1.l.6.vincēdus.f.17.p.2.l.1.nō̄ f.18.p.i.l.7.prętectus.f.18.p.1.l.16.pomū.f.19.p.1.l.23.ſoleat. f.21.p.1.l.8.ſitim.f.21.p..2.l.9.maria.fo.21.p.2.l.17.nullis.f.22.p.1.l.11.glorioſe.f.23.p.1.l.22.ignauiter.f.23.p.i.l.23 leuiter.f 24.p.1.l.11 extinxerūt. f.24.p.2.l.2.lege, ſic quod permittas Chriſtus.&c.f.25.p.1.l.11.deſineret.f.25,p.2.l 13.inani f.27.p.1.l.20.eāt f.30.p.2.l.13.nobis.f 30.p.2.l.19.huiuſmodi fo.31.p.1.l.5.quē orat.&.l.14.ieiunet,&f.32.p.2.l.8.flagellat.f.35.p.1.l 22.fidē.f.36.p.1.l.20.actæ f.41.pa.1.l.25.hoſpitis.fo.42.p.2.l.25.infirmus.fo.41.p.1.l.14 patientiſsimus.&.l.19 rerum.f.44.p.i.l.9.morīeris. f.46.p.1 l 4.miſericordiam &.l.13.rogare,f.50.pa.1.l.13.transfigat &.l.26.dixit.fo.51.pa.2.l.2.loquentem.f.51.p.1.l.21.vero.&.p.2.l.5. filijs. f.53.p.2.l.24.pracādo. f.54.p.1.l.2 inire.&.l.14.proſternimus.&.l.22.adde, fœmina miſericordiam implorat ſed quod abundè probat ignes materni amoris illius verba ſunt quibus.&c.f.55.p.2.l.11.effundite.&.l.12.tantum.f.56.p.2.l.1.ſonora.&.l.3.quam.&.l.16.adde fuiſſent de prompta minori fuiſſent admiratione.&.f.57.p.1.l 16.rogant.f.58.p.2.l.19.humeris.fo.60.p.1.l.10.in.fo.61.p.2.l.22.rerum.f.62.p.1.l.18.explicuit.f.63.p.1.l.13.non.f.64.p.1 l.20.ſuo.fo.65.p 1.l.9.multus.f.56 p..2.l.1.lucetis.fo.78.p.1.l.2.vtilis &.l.13.deſiderat f.80.p.1 l 15 conditionis.&.p.2 l.12 meos.f.81.p.2.l.3.denique &.l.7.regnorum.f.83.pag 2.l.16.laqueis.f.87.p.1.l.2.itinere&.l.11.quid.f.88.p.1.l.1.ſuſtinenda f.89.

f.89.p.1.l.20.affluēter.f.91.p 2.l.19.adde quod regnū quæ &c. f.96.p.1.l.8.peruerſiſsima.& pag.2.l.6.illa &.l.8.Iudæa.f.97.p.1.l.10.agitantur.f.98.p.1.l.9.præbeant.f.100.p.2.l.26.præficiendus.f.101.p.1.l.12.duceris.f.104.p.1.l.19.admonitos &.l.25.qualem.f.105 p.1.l.11.inferiorem f.109.p.1.l 26. nulla. fo.110.p.2.l.23.illarum.f.111.p.1.l.20.a ſæui &.p.2.l.7.illa.f.112 p.1.l.26.ſapienter.f.120 p.2.l.9.lotionem.f.124.p.2.l.7.ignaui.f.127.p.2.l 24. pæna.f.130.p.1.l.4.non .f.132.p.1.l.13.perficiens.f 155.p.2.l.20.illa.fo.160.p.1.l.21.liberauit.f.167.p.1.l.12.ferrum.f.177.p.2.l.6.ineſſet.f 183.p.2.l.26.fuiſſe & eadem.l.idola.f.194 p.1.l.16.diuini.f.196.p.2.l.15.ignominia &.l.16.de ingratis. fo.198.p.1 l.4.infinitos. fo.203.p.2.l.1. grauiter.f.204.p.1.l.26,videtur.f.206.p.2.l.20.& præcio.& l.24.ex conuicijs.f.210.p.1.l.20 illorum.& l.26.illi. f.211.p.1.l 19 reſtituit.f 212.p.2.l.11.obſcuritate.f.218.p.1.l 6.adde conuicium dictum in dominū &c.f.227.p.2.l.16.parabolica. f.245.p.1.l 20. deijcitur. f.246.p.1.l.20 quæ f.252. p.2.l 13.adde qua viſione &c.f.267.p.1.l 11. Ethnicis.f.271.p.2.l.8.adde omnium quæ facta ſunt quæque fiunt &c &.l.24.omittant.f.275.p.2.l.11.magiſtri. f.283.p 2.l.6.tintinabula. &.l.22 electa.f 284.p.2.l 1 ornatum. f.287 p 1.l.6.nullū.fo.289.p.1.l.7.rubigine f 294.pa 1.l.18.promiſſum &.p.2 l.23 quo.f.302.p.2 l 9.fugientes.f 304.p.2.l 5 miſericordiæ f.309.p.1.l.1.infimis.fo 321 p.1.l.5 ſpem. f.327.p.2.l.2. conuictu fo.330.p.2.l.1.Spiritui.datis Compl. nono Kal, Maij Anno.1589.

Licenciatus Chriſtophorus Orduña.

# D. D. GARSIAE A GALARÇA viro bonarum omnium artium & linguarum peritiſsimo Epiſcopo Caurienſi vigilantiſsimo.

## D. F. A. S.

*NOn ſine magna iudicij maturitate fieri arbitror (vir ſapientiſsime, & in bonas artes & illarum ſtudioſos propenſiſsime) vt cum quis opus aliquod edit impublicum, quod edi, nequit ſine labore eoque non exiguo. virum multis modis inſignem eligat, cui dicet illud Egent enim tenellæ arbores, maiorum auxilio, egent fatigati, vmbra: deſtituti patrono: quæruntq́ iſta multi, quia multis his indigent. Præter iſta autē, quæ non ſunt paucis communia, impellunt multos, priuata alia quæ non ſunt apud ſapientes minoris momenti: vt ætas, antiqua amicitia, earundem literarum in eadem Academia profeſsio: ſtudiorum (vt ita dicamus) communicatio: & his multa non diſsimilia me, iſta omnia, omnino ad id faciendum, non excitant tantum, ſed obligant. Arbor enim tu es amæniſsima, iuxta diuina fluenta conſita, gratiſsimis ornata frondibus, vtiliſ-*

*ſimis*

ſimis onuſta fructibus; tenella ego: & tuo in-
diga auxilio, varijs fatigatus modis, tua egens
vmbra, teq; Patrono. quia maxime deſtitutus
ſed præter iſta, quæ (vt dixi) contingere poſ-
ſunt multis, propendere me alia, quæ non poſ-
ſunt contingere niſi paucis vetus (inquam) ami
citia, qua tu, a teneris annis, pro humanitate,
quæ tibi natiua eſt, me non ſolum proſequutus
es, ſed decoraſti Quæ cum viri eſſet ignoti no-
tiſsima facta eſt quia tu notiſsimus eras, qui
proſequebaris illa, ſed dicent multi (non mul-
tum quidem ſapientes) quonam igitur modo,
te humi iacēte & in obſcuro deliteſcente, hic
quo quondam amico, nunc domino ac Patrono
tu gloriaris, tanta fulget in Eccleſia dignita-
te: non ego ita ſum ignarus vt fortunæ illud
tribuam ac euentui; non ſunt iſtæ Theologæ
voces. Sed eo factum conſilio credo quo Da-
uid faſtigio potitus eſt Regio, ommiſsis & re-
pudiatis fratribus. Paſtoris tu quidem culmi-
ne iſto gloriæ, maiori dignus, iaceo ego in obſcu
ro maiori obſcuritate non indignus. ſed in hoc
pri. Pe. 5. ſimiles, qui diſsimillimi ſumus, quod tu tua
contentus es ſorte, quia paſcis Dei hereditatem
Pſal. 77. in innocētia cordis tui, & in intellectu manuū
tuarum, & a Petri (cuius tu non ſine diuino
permiſſu ſortitus es nomen) doctrina non diſce
dis,

dis qui ita docet. Seniores, ergo qui in vobis ſūt
obſecro conſenior, & teſtis Chriſti paſsionum,
qui & eius quæ in futuro reuelanda eſt, glo-
riæ communicator, paſcite qui in vobis eſt, gre-
gem Dei prouidentes non coacte, ſed ſponta-
ee ſecundum Deum: neq; turpis lucri gratia,
ſed voluntarie: neq; vt dominantes in cleris, ſed
forma facti gregis ex animo. Et cum apparue-
rit princeps paſtor percipietis immarceſsibilem
gloriæ coronam. Ergo mea (qui ad minima iſta
vix ſum idoneus) imponātur tuis humeris, affi-
gātur pectori Chriſtiani Gregis nomina, quia il-
lis cōmēdatos, valēt ferre humeri, & feruet in
illos amore pectus: imponatur capiti tuo mag-
ni Dei magnū nomen, cuius ſemper ſit iſti glo-
riam. Detur tibi ſimile Aaronis munus, qui
Aaroni ſimilis es. De opuſculi tibi dicati im-
perfectione, neq; egi, neq; agam vrſæ (vt ita lo-
quar) tuæ fœtus eſt informis, tu perficies illud
oua domeſticæ auis mortua, implumea, volare
neſcientia, te altore viuent, plumeſcent & in
communes vſus volabunt. Vale diutiſsime, in
Chriſti gloriam, Eccleſiæ decus, & eorum qui
ſe totos tibi deberi fatentur, piam protectio-
nem.

Candido

ALII ( neque pręter rationem quidem indigent enim iſtis lectores aliquot) in epiſtolis literis ve quę pręponi ſolent, cãdidis lectoribus ſuos labores proponunt, indefeſſum ſtudiũ, editi cõmoda operis, innumerã autorum multitudinem, quorum opera ſunt & vſi & adiuti: Ego hęc omnia tuo iudicio relinquo, Lector candide, amicũ enim illud eſt, quia Chriſtianũ, tu de labore, ſtudio, auditoribus, & vtilitate ſententiam ferto quę ſi omnino aduerſa non eſt, ſed vtilem aliquanto cenſet laborem, ad edendas alias propendet me conciones: non de Quadrageſima tãtum, ſed & de ſanctis & de tempore: Sin omnino aduerſa fuerit, vt indignę & inutiles, tuo iudicio habitę, bene merito ſilentio latebunt.

Vale diu, & bene.

# M. Hieronymi Higueræ ſocietatis Ieſu Carmen.

Natura omniparēs merito quę Dędala fertur
Edendi ſtudio puras incenſa ſub auras
Argumenta ſuas paſsim teſtantia vires,
In multis quæ ſæpe facit, quæque arduus Ether,
Terraque multiplici florum depicta colore
Continet, illa ſacros homines depromſit in orbē
Iudicio celebres, docto & ſermone diſertos,
Dicendi artifices, ætas quos omnes haberet
Ceu ſoles, ad quos aciem cum flectere vellet
Mentes & egregias animi perpendere dotes
Cerneret, egregia expreſſas in imagine vires,
Diſceret, ac ornaret eas mirabile donum
Gratia, quæ faceret diuinis vſibus, apta
Inſtrumēta habiles ad maxima quęq; miniſtros
It ſacer Ambroſius, diuino que aureus ore
Ioannes, Bedas, magnus Baſilius inter
Doctores Græcos, atque admirandus vterque
Gregorius, magni ambo, decurſibus ambo
Per ſimiles fluuij leni qui flumine lambens
Arua fluit, nonnũquam etiã accreſcētibus vndis
Lætior effuſo vix ſe ſe continet alueo.
Ergo memor natura ſui tum gratia moris
Cogitat amiſſas iterum de promere Gazas

Quando nouum nihil in lucē Salomone ferente
Prodeat, exacto quod non emiſerer æuo,
Veraque ſit magni ſententia certa Platonis
Conſectis ſpatijs eadem quæ ſæcla fuerunt
Se ferre, & primas veteres que recurrere cauſas.
Doctores Græcos facit, atque redire latinos,
Inque vno doctore nouo vetera omnia cogit.
(Mirandum) qui voce tonat, qui fulgure verbi
Concutit & frenat, torto quoque verbere frangit
Indomitas hominū mentes animos que rebelles
Hic quis forte rogas iam candidiſsime Lector
Doctor hic eſt Abilæ de noto nomine dictus
Qui quæ diuini mandauit ſemina verbi
Pectoribus, cum fruge bona cum laude micanti
Huc congeſsit amans q; tui ſollers que laboris
Vt metere ægregias ſegetes & pabula cæli,
Vt que frui poſsis tantorum parte laborum.

# L. Tribaldi Toleti Teuarenſis in Academia Complutenſi Collegæ Trilinguis, de authoris laudibus ad Mercurium Dodecaſtichon.

*Maiugena, interpres Diuum, Iouis inclyta proles,*
*Se tibi Franciſcus præſtitit ecce parem,*
*Dum vigil ætherei reſerat mandata Tonantis,*
*Allicit & ſacra ſaxea corda lyra:*
*At melius, tantum quod manes arcet ab Orco,*
*Tu tamen & Stygios cogis adire lacus.*
*Quid quod ſtulta refers veterum commenta Deorum,*
*Veri Abila exequitur cœlica iuſſa Dei:*
*Tu ſæcli, docet iste viam ſplendentis Olympi,*
*Vincis Ariſtoridem, nunc Herebi iſte ducem.*
*Facundo licet ore Deos Cyllenie vincas,*
*Vinceris a claro non minus ipſe viro.*

## SALVTATIO.

*VNa ex potiſſimis diſpoſitionibus, nō tantū ad diuinam ſuſcipiendā doctrinā, ſed ad enunciandam illam, eſt propiæ cognitio fragilitatis: reddit enim illa, & humiles, & paruulos. Paruulis autem, reuellat Deus myſteria ſua, quæ a tumidis abſcondit ſapiētibus.* Mat. 10. *Precemur vt & nos paruulos reddat, & vt reuellet illa. Et vt exaudiamur, oremus intercedat Virgo Deo gratiſſima Maria.*

# THEMA.

## Memento Homo.

QVANTI ſint verba iſta momenti, & quantæ hominibus deriuentur ex illorum memoria vtilitates, quā ta, & quām magna ex illorū obliuione damna, ſufficientiſsimum eſt argumentum quòd hodie ab Eccleſia huiuſmodi verba proferuntur. Quæ om

*Magni ſunt momēti quæ cunq; ab Eccleſia proponun tur.*

nia, qui aut dicit, aut facit, ingenti cum ſapientia facit. Si enim tantam habuit apud antiquos autoritatem in loquendo Cicero, in diffiniendo Plato, in diſputando Ariſtoteles, in conſulendo Seneca: vt in rebus modo iſto ab illis factis, pro autoritate ſufficeret feciſſe illa aut dixiſſe illos (cùm horum omnium Sapientia eſſet ſtulta) quantò maiori cum ratione, quæ ab Eccleſia, cuius ſpōſus, Chriſtus, cuius rector, Spiritusſanctus, cuius patronus, Pater, qui tres, vnum ſunt (cuius Sapientiæ non eſt numerus) ſufficiet nobis pro autoritate, quid illam aut dixiſſe, aut deffiniſſe?

*1. Cor. 1.*

*Pſ. 146.*

Ego credam prius, regulam eſſe obliquam, pondus iniquum, lucem obſcurā quàm erraſſe illam.

Sed quæramus, cùm tanta ſint quorum opportuiſſet hominem habere memoriā, quia grauiſsima illa ſunt & vtiliſsima (vt ſunt illa, Memento creatoris tui, in diebus iuuentutis tuæ: illa item, Memento iræ quoniam non tardabit: & Memento nouiſsimorum, & deſine inimicari) Cur de iſtis nulla hodie facta eſt mētio: ſed

*Eccl. 12.*

*Eccl. 7.*

*& 28.*



ſed tantum dictum eſt, Memento homo quia cinis es? Plane quia tempus eſt humiliationis. Neq; quidquam eſt quod ita humiliet hominem, illiuſq; ſuperbiam deponat quā propria cognitio. Interim enim, dùm vitrum cēſetur margaritum, dum adulterina gemma reputatur vera, magni habentur, ſeruantur. At, cùm, quàm ſint illæ natura ſua viles, agnoſcūtur, contemnuntur & nihili habentur. Sed quæramus, cur eadem verba & idem in imponēdo cinere, modus, obſeruetur in omnes? quia omnes vnius patris filios ſiue minores illi ſint natu, ſiue maiores, eodem patris nomine nuncupamus: & dicimus illos, aut Mendoças, aut Enriquos, aut Pachecos. Et panes, ex eâdem maſſa factos. Vnde, cùm omnes vnius ſimus matris ac patris filij, & ex eodem luto formati (fecit enim dominus hominem de limo terræ) eodē nomine appellamur, & cunctis maioribus & minoribus dicitur, Memēto homo. Rurſum & diuinarum legum æquitas in hoc manifeſtatur (quæ eâdem metitur vlna vulgarem vt cenſet vulgus pannum, & quem cen-

*Tempus humiliationis.*

*Cur idem cinis eodē modo, & eiſdē verbis omnis imponitur?*

*Ge. 2. & Eccl. 17.*

*Aequitas rerum diuinarū.*

*Act.* 10 *& Deut.* 10. *& Sapiê.* 6. *Psal.* 38.

cenſet ex auro contextum) non eſſe acceptorem perſonarum Deum: ac tandem quod Regum ſubſtantia ante illum tanquam nihilum. Sed ſuffeciſſet ſenſato homini, dixiſſe, Memento homo quod cinis eſt, ſine hoc quod inſigniretur illo, aut inſigniſſe, & nō dixiſſe. Multa enim & grauiſsima illa, ſine vlla verborum expreſsione, non in antiqua lege tantum, ſed in humana docebantur: vt oculo ſceptro impoſito, manu oculata, freno manu comprehenſo, temperata lyra. Verbis etiam ſolis, vt, Ignem gladio ne fodias, Stateram ne tranſilias. In lege autē noſtra (quæ ſapientiam omnem humanam obſcurat) in iuſsione, quod piſces habentes ſquamas & pennas comedere liceat: & quod illicitum eſſet comedere anguilas, & ruminantia animalia & vngulas non findentia: quod non liceret bouem aſino iungere, neq; telam ex duplici fili (vt ſic dicamus) genere includere, & quæcunq; verbis docentur. Sed hodie vſa eſt hoc dicendi modo, vt ſcias, ideo dici, vt fiat: ac ita, dicitur hodie, Memento, &c. Alioqui parum erit vtilis doctri-

*Multa omni tempore, rebus ſine verbis docta.*

*Leui.* 11. *Deut.* 14 *Deu.* 22.

*Horū explicationē ſi placet vide in Theodoreto de quæſt. ambig. vet. teſtam. in Leuit.*



doctrina, & fit impoſitio cineris. Et non vtile quod ab illa fit opus, ſi non recordaris te eſſe cinerem, & illo te habes in precio quo cinerem habuiſſes: cinerem inquam mortuum. Multi enim etſi cinerē ſe cenſent, igneus cinis ſunt & diſsimulatum ignem habent quem leui quacunque occaſione manifeſtant. Sed cur in fronte? In primis, ne erubeſcas fateri quod es: ex hoc enim in numera mala habent ortum: fatebatur id ſponte Abraham, Loquar ad dominum meum cum ſim puluis & cinis. Fatebatur Iob & impuluerem, &c. Præterea in fronte aut capite inſigniris, vt reſcias, quod ſi corporis tantum pars potiſsima cinis eſt reliquæ corporis partes infimæ, quid erunt? Rurſum, vt illi parti vnguentum imponatur, quæ ægrotat: Laborat enim morbo, caput, illud enim varia cogitat, agitat, voluit: quæ nequaquam cogitaſſet, agitaſſet, aut voluiſſet, ſi ſe cinerē eſſe recordaretur. Sed cur ex cinere factū eſt vnguentum? quia vt in plurimum, cōtraria contrarijs curātur: ac ita oportuit ſuperbiam capitis, humili ex cinere con

*Cur cinere inſignimur infrōte?*

*Gen.* 18. *Job.* 10.

 fecto

fecto medicamento, curari: vt in ſe reuertatur homo, qui cùm in potẽtia diuitijs, & maieſtate diſsimilis ſit Nabuchodonoſori, inſania eſt ſimilis: ille. n. regni amplitudine, ciuitatis opulentia elatus, ita
*Dan.* 4. loquebatur, Non nè hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ & in gloria decoris mei?

Statuamq; fecit erigi, & illam præcepit adorari, genuque omne ante illam flecti. Ac ita, multi inopes cum ſint &
*Dan.* 3. obſcuri, ſi Nabuchodonoſori conferantur, & non tantum habentes inclytam vrbem quæ cum Babylone contendat, ſed aut anguſtã domum, & terræ portiunculam, aut quid iſtis vilius, vt numina volunt haberi miſeri: Ideo ad aurem hæ illis voces dicũtur: Memento homo, &c. Et quia illas in ſufficientes ad medelam tantæ inſaniæ arbitratur Eccleſia, cinerem addidit: vt quemadmodum cribratus á Daniele cinis, pro manifeſtauit Regi, & idôli vanitatem & fraudẽ ſacer-
*Dan.* 14. dotum. (Atulerunt enim cinerem, & cribrauit per totum templum, coram Rege: ecce pauimentum, animaduerte cuius veſtigia ſunt hæc, & dixit Rex video veſtigia virorum, & mulierum & infantium:) ita & cinis hic, propriam illis manifeſtet deceptionem, & quam ſint illi innane idolum.

Hinc illa Sapientis verba cũ admira- *Eccl.* 10. tione dicta, Quid ſuperbis terra & cinis? Ac ſi diceret: ſi argenteus eſſes, aureus, aut gẽmeus, non videretur mirum, ſi te in precio haberes & ſupervires: ſed terra elementorum vilisſimum, cum ſis, & illa in vtilior cinis, quæ tibi ſuperbiendi occaſio eſt, præter propriam inſaniam? Sed cur hoc in hoc primo quadrageſimę die planè, quia tempus pœnitentiæ humiliationis & diuinæ iræ placandæ eſt. Et vt iſta contingerent frequentius, erat apud antiquos vſus cineris: vt abunde iſta docent de Bethulianis: illa ſunt, Præ *Judi.* 4. cincti cilicijs, erat cinis ſuper capita eorum: & ex corde ſuo omnes orabãt Deũ, vt viſitaret populũ ſuũ. De Mardocheo, pro morti á dicto populo, Et ſpargens ci *Heſt.* 4. nerem capiti, in platea ciuitatis, clamabat de Niniuitarum Rege & populo, Se *Jon.* 3.


dit

dit in cinere Rex, &c. Sedendum enim in hoc eſt vt ſediſſe etiam inſterquilinio dicitur Iob, eſt enim ſedes illa vtiliſsima homini, gratiſsima Deo cùm non perfunctoriè ac veluti ſtans, cinerem ſe eſſe cogitat, ſed ſedens aſsiduè, & lente. Sed quæramus rurſum, cur huiuſmodi cineris impoſitio hac prima die fecit plane quia cum excelſum ędificium eſt erigendum, cimentum in primis fit: eſt autem totum tempus quadrageſimæ tempus bona opera ædificandi, quorum culmen non tangat tantum, ſed penetret cœlum. Eſt igitur in primis humilitatis cimentum aut fundamentum ſtatuen-
*Pſ.* 143. dum, ita profundum, vt non contentus
*Pſal.* 38. homo noſſe quod: Menſurabiles ſunt
*Pſ.* 102. dies eius, quod Tanquam flos agri ſic efflorebit; quod, vniuerſa vanitas omnis homo viuẽs: cinerẽ ſe eſſe agnoſcat, rem inaniſsimam, & inutiliſsimã, huic humilitatis fundamento, quæ innituntur, opera, & ſublimia ſunt & accepta Deo, ſiue orationis illa ſint, de qua veriſsima
*Eccl.* 35. ſunt illa, Oratio humiliantis ſe, nubes
*Pſ.* 101. penetrabit. Reſpexit in orationem humilium,



lium, & non ſpreuit preces eorum: humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit de precatio. Si eleemoſynæ ſint illa, *Iudith.* 9
grata etiam illa eſt, quam non viciat inanis gloria, ſed á grato & humili animo *Mat.* 6.
proficiſcitur. Si ieiunij ſint, illa etiam accepta Deo ieiunia ſunt, quæ humili & animo & corpore fiunt, & quæ Deũ quęrunt inſpectorẽ, non hominem: & á Deo mercedem ſpectant, non ab homine: vt Euangelica docet lectio. Cumque ſacri huius temporis cõmodata opera iſta ſint, hæc & grata Deo, commoda homini reddit humilitas: quam perſuadet impoſito cinere Eccleſia. Quæ etiam cognitio ex diuina iſta perſuaſione & cineris impoſitione orta, facit, vt libentius corpori (quod cinerẽ eſſe ſcimus, & memoria tenemus) & ſubtrahamus, quæ grata illi ſunt & ieiunare cogamus: feratq; iniurias leuius, & ignoſcat promptius: quæ etiam Euangelicæ lectiones, futuris diebus enunciandæ, docent nos. Et quia primum quod nobis commendatur, eſt ieiunium, breuiſsime docebunt nos ſacri Doctores, quale ſit futurũ illud, vt Deo

 ſit

ſit gratum, nobis vtile: neque enim á vanagloria tantum liberum eſſe debet, vt perfectum ſit illud, ſed á peccato, & miſeria conditum. De volũtario ieiunio loquens Niſſenus, ita fatur: Quid confert ieiunium corpori, niſi mens pura, mundaque ſit? Nihil prodeſt currum validum ſtrenuis quadrigis inſtructum eſſe, ſi auriga inſaniat: Nulla erit bene fabricatæ nauis vtilitas, ſi ebrius ſit ipſe gubernator: ieiunium, virtutis eſt fundamentum. Climacus, exiccatum lutum, iam non porcis vſui eſſe, vt ibi ſe voluntent, poteſt: ita & caro per abſtinẽtiam marcida effecta, Demonibus vltra non præbebit in ſe quieſcendi locum: Iſidorus: Qui á cibis abſtinẽt & mala agunt, Dæmones imitantur: quibus culpa adeſt, & cibus deeſt. Diuus Leo, non in ſola cibi abſtinentia, ſtat noſtri ſumma ieiunij: haud fructuoſè corpori eſca ſubſtrahitur, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Et Maximus (vt hoc vnico teſtimonia cũcta inſe complectenti, ſinis noſtrę imponatur cõcioni) ieiunium Chriſtiani egentis debet eſſe refectio, ieiunium

*Niſe. orati de pauper. amor*

*Climach. de diſcretion. gradus. 16.*

*Iſidor. li. 1. ſenten. c. 44.*

*Leo de ieiun. ſeptim mens.*

*Maxim. in natal. dom.*



iunium, pacem debet nutrire, non iurgia. Quale eſt illud, Quòd non veſceris carnibus, & de ore tuo, omni eſca ſordido, egreditur maledictum: Quale eſt illud, Quòd ſanctiſicatur venter ieiunio, & poluitur lingua mẽdacio. Ieiunet igitur, quo debet modo, homo: ſacris obſequatur Eccleſiæ præceptis: ſerbet illa, animi qua tenetur puritate: ſubdat ſe in omnibus illi: humiliet ſe, quia ſe puluerem agnoſcit, & in ęternum exaltabitur. Qua exultatione, vt gaudeamus omnes, faxit diuina pietas.

## *SALVTATIO.*

*DEus, cuius benignitas tãta eſt, vt ſolem ſuũ faciat oriri ſuper bonos & malos, & nubes pluere ſuper iuſtos & iniuſtos: dignabitur, gratiæ ſuæ ſolem ſuper nos oriri: qui gratiſſimis ſuis radijs ita nos illuminet, vt quæ obſcura ſunt ſacris ſuis in literis, videamus: & cæleſtes ſuper nos imbres pluet, pro clementia ſua, vt optatos feramus fructus: euenitq; id nobis ſacratæ interceſſione virginis. Aue Maria.*

*Thema*

# THEMA.

## Diligite inimicos veſtros, &c. Matth.5.

MIRA ſunt quæ á Dauide,& reliquis prophetis, in diuinæ legis laudem canuntur:omnia autem,ſunt illius præſtantia minora: Nám cùm in reliquis dicatur ſermo animi ſimulachrum,cum ille diuinæ ſit ſimulachrũ mẽtis,& cœleſtis interpres volũtatis:quãta illius præſtãtia erit? Hinc vt illius ſuauitatem, æquitatem,& vtilitatẽ miſſam faciamus,quæ integrũ, ſi eſſent explicanda,requirebant volumen:de il-
*Pſa.118.* lius valore loquens. Dd.ait:Bonum mihi lex oris tui,ſuper millia auri & argen-
*Pſal.39.* ti:& vicę illam precioſiſsimi theſauri habens,in medio cordis reponit: Et legem tuam,inquit,in medio cordis mei: vt regat illud, viuificet, & veluti illius cor illa



illa ſit,ac arcis illius cuſtos:Cumq; reſciret omnem vitæ fœlicitatem,& præſentis & futuræ, in illius eſſe obſeruatione ſitam,ait:Portio mea domine, dixi, cuſtodire legem tuam:vnde,hominum cõmoditati conſultũ cupiens, ita precaba-
tur: Conſtitue domine legislatorem ſu- *Pſal.9*
per eos,vt ſciant gentes quoniam homines ſunt. Quæ omnia, cum innumera ſint, quæ probent;euangelica hodie probat lectio,quæ inimicos iubet diligere.
Quæ enim ſanctior,æquior,commodior *Suauitas*
potuit concipi lex,lege dilectionem præ *& æqui-*
cipiente,& odium deteſtante?præcipien *tas diui-*
ti,inquam quod ſuauiſsimum,quod gra *næ legis.*
tiſsimum,quod commodiſsimum homini eſt, deteſtante quod amariſsimum, quod infeſtiſsimum, quod pernitioſiſsimum eſt illi?Quid amore Chriſtiano gratius,quid iucundius,quid amabilius?qui purus eſt,candidus,ſincerus,verus pius, beneficus. Audi de illo,mirabilia prædi-
cantem Paulum Apoſtolum: Charitas *1.Cor.13*
patiẽs eſt, benigna eſt charitas,nõ æmulatur,non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit que ſua ſunt,

ſunt, non irritatur, non malum cogitat, non gaudet ſuper iniquitatem, cōgaudet autē veritati. At hic amor ita præcipitur á Deo, vt non tantum dilectionis lex ab illo ſanciatur, ſed tota illius lex ſit dilectio, totaque id ſonet, doceat præcipiat, iubeat: qui enim diligit proximum, legē ad impleuit: nam, non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud, mandatum: in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum, ſicut te ipſum. Dilectio proximi, malū non operatur: plenitudo ergo legis, eſt dilectio: & alibi, Omnis enim lex in vno ſermone impletur diliges proximū ſicut te ipſum: & rurſum, Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia, bona, & fide non ficta: á quibus, quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium.

*Rom.* 13. *Gal.* 5. 1. *Tib.* 2.

Eſt Chriſtianus amor, lux in tenebris, ſolamen in aduerſitate, opis in deſtitutione: omnium amaritudinum, quibus redūdat vita, condimentum: facit ille, non tātum omnia communia (vt de humano & laudabili amore eſt dictum, ita vt contingant

*Preſtantia Chriſtiani amoris.* *Eccle.* 6. *a.*



tingant illa, quæ de mēbrorum compaſſione dixit Apoſtolus, per ſe inuicem ſolicita ſunt membra: & ſiquid patitur vnū membrum, compariuntur omnia membra: ſiue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra) ſed facit, vt pro pijs neglectis, aliena quæ magis propria cenſemus procuremus: vt docet Apoſtolus, Itaque conſideremus inuicem, in prouocatione charitatis & bonorum operū, non quæ ſua ſunt conſiderantes, ſed quæ aliorum. Quid igitur potuit homini præcipi ſantius, aut commodius illi? aut in quibus diuinus amor in illum magis manifeſtari, quám in huius ſuauiſsimæ legis ſanctione? Aut quo erat opus præmio, vt lex ita iuſta, & amica ſeruaretur? Aut quo opus ſuplicio in contemnentes illā? Sed adhuc tanti habet Deus hominem, vt pro obſeruatione legis tantopere ſibi vtilis, Cōmodæ, gratæ, & neceſſariæ, præmium illi ſtatuerit, ſupliciū pro trāſgreſſione. Curemus igitur contingat nobis Chryſoſtomi illud, Sicut in corporali ædificio lapis ad lapidem, cemento mediāte, cōſtruitur: ſic in ędificatione Eccleſiæ,

1. *Cor.* 12. *Heb.* 10. *Phil.* 2. *Chryſ. h.* 7. *oper in perfecti.*

ſiæ, Chriſtianus ad Chriſtianum, mediante charitate, connectitur: ſcientes certiſſima eſſe eiuſdem ſuauiſſimi doctoris, illa: *Hier. 11. in epiſt. ad Gal.* Quemadmodum ſi manus fuerit á corpore diuulſa, ſpiritus è, cerebro deſcēdēs, atque in illam ſe ſe effundere quærens, ſi non inuenerit in corpore, extra illud vtique neque exilit, neque perforato illo, ad manum auulſam egreditur: ſed quam in corpore poſitam non inuenit, non contingit etiam: ita, niſi charitate colligati fuerimus, ſpiritus ſubminiſtratem non capiemus. *Odij pernities.* Deteſtatur odium, quia, quemadmodū in dilectione tota lex impletur, in odio tota lex infringitur, & (vt ſic dicā) dilaceratur: & quia odium, *Expende odij ſimilia.* idem eſt quod incēdium in populo, quod naufragium in mari: docentque iſtorum veritatem, frequentiſſima vbique exempla: vix enim villa eſt, etſi anguſta, inqua Caynum & Abellum non inuenias, aut *Gen. 4.* ſaltim multos Caynos. Dilectionis præſtantia quāta ſit, abunde manifeſtat (præter quotidiana experimenta. & ſentētias de illius celſitudine in numeras) quod commendata ſit illa á Deo æquiſſimo, ſapien-



ſapientiſſimo, optimo, maximo, & nobis amiciſſimo: & tantopere commendata, vt omnia quæ a nobis fiūt, in chatitate iubeat fieri: quæ ſi cum illa fiant, etſi exigua illa ſint, & communia, præcioſa ſunt illi *Luc. 21.* & grata: vt viduę minuta duo, vaſis aquę largitio: vtque illa firmaſit, ita loquitur *Mat. 10.* Apoſtolus.

In charitate radicati: Cum enim radi- *Epheſ. 3.* zes habet illa & creſcit, vt idem hortatur, in charitate creſcamus: & ſuauiſſi- *Ephe. 4.* mos chatitatis fert fructus: de quibus, idē fructus ſpiritus, eſt charitas. *Gal. 5.* Cum autem ſine illa fiūt, quæ alioquin maxima ſunt, vilia ſunt, & in grata illi. Si linguis ho- *1. Cor. 13.* minum loquar, & angelorum, charitatē autem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cimbalum tiniens: ac tandem, legis ſuæ, finem illam eſſe dicit: Finis præcepti eſt charitas.

Odij quanta ſit pernities, abunde mani- *1. Hie. 1.* feſtat, quod abominatur illud Deus, & ꝙ humani hoſtis generis, tantopere curet ſerere inter homines illud: quia nouit il- *Odij peſtis quanta ſit.* lorum eſſe ruinam, pernitiē, mortem: & quod reddit illos illorumq; omnia, ingra

ta Deo: vnde, nulli ſunt illi magis amici,
quàm qui odium excitant: nouit, his ig-
nibus abſumi ſolere, nõ fortunæ corporis
ve bona tantũ, ſed animi: hinc tanta il-
lius ſolicitudo in ſuſcitandis illis, & adji
ciendis, ne extinguantur, lignis: hanc ex
citat ille tempeſtatem, quã ſequi naufra-
*August.* gium apprimè nouit. Odium ita definit
Auguſtinus, odium eſt vetus ira ex pluri
bus cauſis collecta, diuturno tẽpore perſe
uerans. De ira autẽ, illa ſunt feritatem il-
*Stobæus* lius teſtantia: Quiſquis iræ prçceps indul
*ſerm.*18. get, in malũ finem exijt: plurimũ enim
*de ira.* hominibus in cõmodat: Herodotus nõ-
nè vides, quòd ab omnibus, quçperirã co
*Herodo.* mittũtur, ratio recedit, fugiens iracundiã
tanq; acerbum tyranum? Sophocles di-
*Sophud.* xit, Ex ira ſcio cũcta prodire mala. Viſtã
dem noſſe quãta ſit gloria dilectionis: au
di in dilectionẽ & pacẽ ſuadentes, & odij
*Matt.*5. extinguentes ignes: Beati pacifici non
dixit dites, nobiles, aut ſtrenui, ſed, Bea-
ti pacifici: ratio autem tantę beatitudinis
illa eſt, quoniã filij Dei vocabũtur: quia
patris illi exercent munus: Iſti enim erga
miſticum corpus, idem exercent officiũ,
quod



quod erga membra quaſſata: componen
tes & in ſuum natiuum locum reſtituen-
tes illa. Sunt erradicatores ſpinarum, quæ
ſuffocant verbum Dei: ſtatuũt procellã *Pſ.*106.
in auram, & ſilere faciunt fluctus, quod
Dei eſt opus: reddunt è feris homines,
manſuefacientes illos: & è furibundis cor *1.Re.*25.
datos. Nouit iſta omnia, qui dixit: bene-
dicta tu, & benedictum eloquium tuum,
quia prohibuiſtime hodie ne irem ad ſan
guinem, & vlciceret me manu mea. Vis *Deteſta*
noſſe quanta ſit pernities odij? Expende, *tio odij*
quod nõ tantũ illud abhominatur Deus, *ſeminan-*
ſed illud ſeminantes: ſeptimum, quòd de *tium.*
teſtatur Deus eum, qui ſeminat inter fra *Prob.* 6.
tres diſcordiã. Iſti Demonũ ſunt procu *Odij ſemi*
ratores: folles, quorum flatu, Tartareos *natores*
excitant & adaugent ignes: Sathan vo- *quibus ſi*
lũtatis interpretes, pro quo legatione fun *miles.*
gũtur: homines Deo inimicisſimi, cùm 1. *Joã.* 4
ſuaſſores ſint illi odij, aduerſus ꝙ tã mag- *Et Rom.*
na ſunt á Deo, & dicta & prçcepta: chari 16. *&* 1
tatis hoſtes, quã tãti habuit, vt & eſſe, & di *Cor.*14 8
ci charitas voluerit: cũ igitur iſta certa ſint *&* 2. *Co.*
diligite inimicos veſtros, benefacite his 13. *&* 1.
qui oderũt vos, orate pro perſequẽtibus & *Theſ.* 5.

 calum-

calũniantibus vos: in hoc.n. (pręterquã quod rem Deo acceptiſsimam facitis, & tot: tantiſq; modis vobis cõmendatam) vos ipſos diligitis amore & veriſsimo, & vtiliſsimo: nã è pectore veſtro venenum odij expellitis, dilectionẽ & pacẽ, res ſua[illegible]mas, admittitis: rei, nomini, vitęque [illegible]tis: & proſæua tempeſtate veſtræ, contum[illegible]ranquil rerum omnium veſtrarum, læta [illegible] litate gaudetis: & quia iſta minora ſunt, maiora, imo ſumma audite. Vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt. Præ cuius honoris cupiditate, & aſſequutionis, mittes oues debent videri, Danielis leones: caminus ignis, verbans campus: optabiles lapides Stephani: deſiderata crux Andreæ: quod ſi generoſæ veſtræ mentes tantæ gloriæ cupiditate non tanguntur: bonis quæſo animis quę ſequuntur expendite. Qui non diligit, manet in morte: qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Homo homini reſeruat iram, & ad omnino quærit medelã: in hominem ſimilẽ ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur: ipſe dum caro ſit, reſeruat iram, & propriciationem p[illegible]it á

*Dan. 3. & 14.*
*ait. 7.*
*Eccleſia.*



Deo. Acſi dicat: quæ poteſt impudentia eſſe maior, aut temeritas hominis impudentior: Homo homini. Acſi dicat: nihilum nihilo, vanitas vanitati, fumus fumo, aut puluis pulueri reſeruat iram: & quia aut dicto aut opere læſit ille, homo, ignoſcere non vult: & quod in ſe fuit, læſit ille Deum: Cui nomen omnipotens, cuius maieſtate plena eſt omnis terra, cuius magnitudinis non eſt finis: qui aufert ſpiritum Principum, Cui nomen ſanctum & terribile: á cuius facie montes ſicut cera fluunt, qui ſolo aſpectu facit terram tremere: Cuius, cum placet, inimicos, aut deglutit terra, aut vorat ignis, aut operit mare: & quærit ille á Deo medelam? In hominem ſimilem ſibi, non habet miſericordiam, ad quam, mille modis, ipſa propendebat ſimilitudo, quia terrei ambo, quia fragiles, quia fænei, quia homines, & tot modis ſimiles: & de peccatis ſuis deprecatur, quæ tantò grauiora ſunt, quantò ſublimior maieſtas in quam ſunt ad miſſa: tantò grauiora, quantò in illum fuit illa magis benefica & omni obſequio digna,

*Vim diuini huiusdiſcurſus expendi.*
*Pſal. 38. & 106. 13. & 102.*
*Gene. 17. & exod. 15.*
*Pſal. 71.*
*Pſa. 141.*
*Pſal. 75.*
*Pſal. 119.*
*Pſal. 96.*
*Pſa. 103.*
*Num. 16*
*Exo. 14.*
*Homo homini ſimilis.*
*Eccle. 13. & 17.*

digna, & nulla omnino digna iniuria: *Diſsimilis Deus homini.* & qui in numeris eſt illi modis diſsimilis, quia homines ſterni ſunt: de Deo autem, æquiſsime dictum, Tu autem *Iob.8.* idem ipſe es & anni tui non deficient: *Pſ. 101.* de homine, quod, Fugit ſicut vmbra: de *Iob.13.* Deo, Tu autem domine, in æternum per *Pſ. 134.* manens: & memoriale tuũ, á generatione *Eſai.41.* in generationem: de homine. Ecce *Pſal.32.* vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod non eſt: de Deo, quod dixit & facta ſunt mãdauit, & creata ſunt: ſed quor ſum iſta tractamus, quæ tam ſunt illa manifeſta: aut quæ poteſt intercedere ſimilitudo impotentiæ, ad omnipotentiam, ignorantiæ, ad immenſam ſapientiam, nihili, ad factorem omnium? Quæ omnia cum certiſsima ſint, & veriſsima, vt magis diuinæ pietatis viſcera mireris homo, & ablato tibi iam corde lapideo, carneum fiat, immani & fero, fiat humanũ: *Mirabile Dei cum homine pactum.* audi, Relinque proximo tuo Nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. O pactum mirabile & immenſa clementia dignum: Quæ mens hoc poſſet concipere, aut qui animus credere, modo



do dictus id fuiſſet á Deo? Tu vmbra, tu humus, tu fænum, tu teſta de ſanijs terræ tu vanitas, tu nihil, relinque proximo *Pſ. 101.* tuo nocenti te: te inquam qui repletus es *Pſal. 36.* multis miſerijs, & fugis velut vmbra, & *Eſa.i45.* nunquam in eodem ſtatu permanes, cu- *106.7.* ius injuriæ non poterunt te eſſe maiores, Relinque proximo tuo nocẽti te alioqui ſi neq; verbo, neq; opere nocuiſſet, quid eras? O ſtulte relicturus? Nocẽti igitur te, aut linguę gladio, aut gladio, aut quouis alio iniuriæ, aut ingratitudinis genere: & tunc, deprecanti tibi peccata; hoc eſt, ad miſſæ in Deum offenſæ, pro quarũ patratione æternis eras dign⁹ cruciatibus, quia admiſiſti in patrem clemẽtiſsimũ, qui tot modis tibi benefecerat: in Dominum cũ *Pſal.6.* cti potẽtẽ, in iudicem iudicaturum orbẽ in æquitate, in brachio peccatorum cõterentẽ: ſoluẽtur dimiſſæ illæ, & tu, ab illis *Pſal.36.* quibus eras colligatus, ſolueris. Quod ſi iſta, maxima cum ſint, & ipſa tibi magis neceſſaria, nõ te, ad ignoſcendum inimicis & benefaciendũ illis, inclinant: (quę ſaxeum ſi ſapuiſſent propendiſſent homině) inclinẽt, plena honoris & gloriæ, illa quæ

quæ Angelos ipſos, poteſtates, & virtutes poſſent ſua cupiditate inflammare: vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt, præ cuius honoris aſſequutione, nihil tam ſalebroſum ac diffile, quod facile nõ ſit: Nihil tam durũ ac laborioſum, quod non ſit leue & mole; nihil tam inſuaue & amarum, quod non ſit dulce: nihil tam periculoſum & horribile, ꝙ nõ ſit gratũ: ſi tamen in mentem ſubit tuam, quanta ſit huius policitationis maieſtas: quantus ſplẽdor & gloria, quam ingens vtilitas, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt: non Dauidis, leones & vrſos ſuffocantis, & magnos Theſauros poſsidentis (Regis alioqui potentiſsimi, auguſtiſsimi, & gratiſsimi Deo) non Salomonis, cuius ſapientiam, opes & ſplendorem, ſacræ ipſæ mirãtur literæ: quia ſi patres iſti fuiſſent tui, fuiſſent illi in terris, in qua omnia ſunt incerta, breuia, anguſta, anxia, ſed in cœlis: cuius ætas æternitas, cuius opes immenſe, cuius ſapientia ſumma, cuius ſplẽdore, predicti Reges, & qui floruere omnes effulſere. In quib⁹, quod maxime glorioſum fuit, fuit omnino huius

*Gloria filiorum Dei.*

1. *Reg.* 17

3. *Re.* 10

huius eſſe patris ſerui: patris, qui eſt in cœlis, & te veabit in illis: Cuius cùm filius fueris, amaueris ab illo vt filius: paterna aula & ſummis illius bonis gaudebis vt filius, Sed dices, rem abſtulit inimicus. Inopia illa eſt (& ſi pretioſiſsima fuiſſet) comparata rei perẽni qua potieris, Dei filius effectus: ac ſi quis è mina aurea abſtuliſſet granum obſcurauit honorem. At hic honor quo decoraris, cum Dei filius efficeris, ſplendore ſuo, quam obſcuritatem non reddet luce ipſa nitidiorem. Vitã abſtulit. At id quod eſt Dei eſſe filium, largitur illam ęternã: & rerum omnium humanarum iacturam, æternarum & diuinarum compenſat luchro. Neq; petit á te, quod ipſe nõ facit tecum, & cum illis omnibus quos admiſſa ſcelera reddunt illi inimicos; & ſolent huiuſmodi principum, regum, & maiorum exempla, minores miro modo excitare, cum operantes illos vident, cũ tam ſint illi inſignes, quæ ab illis operata cupiunt: qui tam ſunt illis inferiores, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Sed

*Fœlicitas filiorum Dei.*

*Roma.* 8.

*Humana omnis pro Chriſto facta iactura mirabili lucro compenſatur.*

*Cõmendatur dilectio inimicorum.*

*Prob.* 17. & 24. et *Eccl.* 10. & *beneficentia in illum.*

*Prob.* 25. & *Rom.* 12.

1. *Joan.* 3.

*Bona hominis anguſta.* Sed expende quám ſint exigua bona, quibus tu afficere potes inimicos, & quám anguſta illa: orationes, quibus illos iuuare præciperis, quám frigide ſint, quia tuæ ſunt: beneficia, quám anguſta, quia tua: *De ſolis præſtantia vide. Iſid. li. 5. Climol. c. 30. & Iuſtin. 2. pro Chriſ. Apol. 6. Pſal. 64.* Deus autē, ſolem ſuū facit oriri, qui illos hilari ſuffundat luce, qui manna, precioſa & vitæ ipſi neceſſaria generet illis, de quo manna ab humanis & diuinis literis prædicātur: pluit illis, vt colles exultatione accingantur, vt valles abundent frumento, vt producat terra herbam virentem, vt fructificent arbores, ſine quibus deficeret vita hominum: qui ergo tantis afficit bonis malè de ſe meritos, id exigit á te, vt filius illius ſis, & paterno ſimilis ingenio: *Dilectionis exempla. 1. Re. 24. Pſalm. 7. Pſa. 108. Job. 31. Lib: alph. 5. de Ariſtide.* quando maiora illa beneficia conferre non potes in inimicos, exigua illa quæ potes conferas. Et petit, quod nō ſolum cœleſti dilectionis & remiſsionis iniuriarum doctrina imbuti pręſtitēre (vt antiquæ legis ſancti omnes) ſed quod plures lumine tantum rationis illuſtrati præſtitere: quia dignum illud & naturali conditione, & lege arbitrantur, Ariſtides Athenienſis (qui propter admirandam æquitatem, iuſtus appellabatur) cùm ab ingrato populo in exilium mitteretur, ſublatis in cœlum manibus Deos comprecatus eſt, ſic proſperarent res Athenienſium, vt illis Ariſtidis nomen nunquam veniret in mentem: in rebus enim afflictis, ſolet populus ad ęgregios viros confugere: id quod poſteà euenit. Quòd ſi præſtari iſta potuere ab ethnicis, ſine vlla præmij expectatione, cur non præſtabuntur á Chriſtiano, in menſi policitatione premij? quod vt aſſequamur, faxit diuina pietas.

## *SALVTATIO.*

*Virtus & præſtantia, Sacroſanctæ doctrinæ, in hoſtem, quo, cum perpetuum gerimus bellum, in hac euangelica lectione nobis manifeſtatur: illa enim & proſtratus ille fuit & fugatus. Noſtra autem ſumme intereſt & proſtrare & vincere illum. Precemur illius victorem Chriſtum, vt & arma miniſtret, & opem ferat, vt tantæ compotes victoriæ euadamus, intercesſione virginis matris ſibi chariſsimæ. Aue Maria.*

THE-

# THEMA.

## Ductus eſt Ieſus. Matt. 4.

QVÆCVNQVE á Deo fiunt, ita ſunt mirabilia, vt omnem hominem rapere illa in admirationem poſſent: Vndè, meritò Dauid dixit, *Pſal. 71. & 76.* Qui facit mirabilia magna ſolus, tu es Deus qui facis mirabilia. Sed neſcio quomodo, quæ magis mirabilia abillo fiunt, minus mirabilia mihi videntur: & quæ minus mirabilia videri poſſent, hæc mihi videntur magis mirabilia: *Quæ vidẽtur in Chriſto mirabiliora.* quod fundauerit terram ſuper ſtabilitatem ſuã quod extenderit cœlos ſicut pellẽ, quod ambulet ſuper pennas ventorum, *Pſal. 134.* quod producat ventos de theſauris ſuis, *Pſal. 88.* quod dominetur poteſtati maris & motum fluctuum eius mitiget, *Pſal. 77.* mirabiliſsima ex ſe ſunt: ſed me in admirationem non rapiunt, cum expendo, quod fiunt ab illo, cui nomen omnipotens: qui omnia quæcunque voluit fecit, in cœlo, in mari, & in omnibus abyſsis. *Exod. 15.* Agnito enim Sanſonis robore, illius robur in primis admirationi eſſe poterat: *Pſa. 134.* ſed quæ iam fiebant ab illo, cum á Sanſone reſcirent illa fieri, *Iud. 16.* non erant admirationi. Agnita Dauidici animi præſtantia, *1. Re. 17.* & corporis agilitate eximia, lacertorumq; virtute, quæ omnia mirabilia erant: iam ſinebat eſſe mirabile, quod comprehenderet ille leones, ſuffocaret vrſos. Cum igitur á Deo fiunt quæ Dei ſunt, quali erunt admirationi cum ab illo fiant? Nam ſi in ſapientia, fiunt, eſt ille, cuius ſapientiæ non eſt numerus: *Pſal. 146.* ſi in potentia, ille eſt, cuius poteſtas æterna: ſi in imperio, ille eſt, cui omnia ſeruiunt: *Dan. 4.* Vnde cum abſens (hominum iudicio) expulit á filia Chananeæ vexantem illam, Dæmonem, *Matt. 15.* cum dicto expulit, dicens, exi ab eo: Cùm abire illos in porcos promiſit, non ſunt demiratus. *Matt. 12.* Neque enim miramur quod Sol luceat, qui fons eſt luminis: neque quod mare aquis abundet, quia congeſtæ ſunt in illud, diuino iuſſu, aquæ: Neque quod qui

qui omnipotens eſt, illa faciat: quæ admi ratione afficiunt illa ſunt, quòd fatiguetur, qui laborantes á ſe inuitat vt reficiat: quod eſuriat, per quē neq; ales eſurit: quod ſitiat, qui de petra elicit aquas, & qui aquæ viuæ fons eſt: quod congredi hodie velit cum Demone, qui condidit ex nihilo illum, & in nihilum nō diſſimili facilitate poſſet conuertere. Quænam eſſet gloria Dauidis, ſi cum pugione certaret? aut qui honos Sanſonis ſi duellum iniret cum rudi adoleſcentulo? At gigātes iſti ſunt, in horū cōparatione hominum; Si vires, ſi dolos, ſi artes, ſi potentiam Sathanæ, cum Chriſti potentia cōpares; non enim illi opus eſt lapidibus vt proſtraret illum, vt Dauid in Goliam, & quotquot è cęlo in Tartareū exilium ſunt miſsi: neq; nutu, ſed ſola voluntate. Eſt igitur res mirabilſsima, & myſterio plena, velle Deū cū formica iſta aut ſcarabæo certare, idq; cunctis admirationi eſt: & rationē inquirere facit facti: & plane illa eſt, vt qui doctrina vincere illum docuerat doceret opere milites ſuos vincere, frāgeretq; illius vires nobis, qui noſtri dn̄s erat & caput: & vt in congreſſu artes, vires odium obſtinationē & maliſitiam, manifeſtaret hoſtis, & quomodo illa omnia eſſent ſuperanda. Quibus etiā potiſsimum armis, eſſet ille fugandus & vincēdo, & vt fugā caperet cōpellēdus, & quæ gloria, qui triumphus ſpectarent victores: quæ omnia maxima cum ſint, & animarum ſaluti maximè neceſſaria, latuiſſent, ſi id non fuiſſet certamen á Chriſto optimo maximo initum, diuinā illius potentiam conſultò, illo diſsimulante: latuiſſent etiam, ſi primo ſtatim inſulto fuiſſet in fugam verſus. Vt igitur milites ſuos inſtrueret, cælitum, imperator, ductus eſt ab ſpiritu, in deſertū, vt tentaretur á diabolo. Sed quæramus, quæ impulere illum, vt degentem illum in deſerto aggrederetur? Quia qui in deſerto ſunt, quodāmodo in campum (vt dicunt) videntur illum prouocantes: conuictus enim hominum vitare, vacare orationi, ieiunio indulgere, & id genus, pijs alijs operibus in ocio illo & ſolitudine operā dare, capere in illū arma, iſta ſunt: vnde, ſtatim ſe accingit ipſe, congreſſui. Neq;

*Matt. 17*
*Joan. 4.*
*Mat. 11.*
*Exod. 17*
*1. Re. 17.*
*Res mirabilſsima quod cum ſcarabæo certet omnipotens.*
*Certaminis ratio.*
*Quæ impulerint hoſtem in tentationem.*

*Dan. 6.* Neque id tantum facit in eos, qui in deſertis agunt locis & ſolicitudine, ſed in eos omnes qui norunt deſertum habere in ciuitate, vt nouit Daniel in Babylone, ſolitudinem habere in conuictu, vt nouit Ioſeph in Egypto: ac ita Deo dedunt ſe, illius gloriam ſuis in operibus procurantes. *Gen. 39.* Sed quænam tanti in illo odij ratio eſt? Ratio nulla: neq; enim, vnquã ratione agitur ille, ſed malicia, liuore, inuidia. In primis, quia diſsimiles illi ſunt: Veraces enim ſunt qui proui ſunt, mendax ille: obediẽtes, inobediens ille: humiles: ſuperbus ille: probi, improbus ille, imo improbitatis Pater: ac ita, quemadmodum in rebus á natura cõditis quæ contrarietatem habent interſe, inimica ſunt, vt aqua & ignis: ille corrupta volũtate ſua, omni probitati, cui ſua aduerſatur malicia, inimicus eſt, ac in indulgentes illi, tanquam in hoſtes arma capit, vnde, grauiſsime Gregorius. *Cur pios tentat Satanas.* Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem: non enim ait ad requiem, ſed ad tẽtationem, quia hoſtis noſter, adhuc in *Eccle. 2. Greg. lib. in 4. 12. & 13.*





hac vita poſitos, quantò magis nos ſibi rebellare cõſpicit, tantò magis expugnare contendit: eos enim pulſare negligit quos quieto iure poſsidere ſe ſentit. *Expende verba.* Rurſum, quemadmodum qui hærebant Dauidi, ingrati erant Saul, & illorum ille necẽ & perditionẽ curabat, quia hęrebãt illi, quem ipſe præmalicia ſua habebat odio: ita & tenebrarum princeps iſte, omnes hærentes luci, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminanti, habet odio, perſequitur illos, arma cõtra illos parat, & necẽ illis molitur: ſed, Cuſtodit dominus omnes diligẽtes ſe: eſtq; cũ illis in tribulatione, vt eripiat & glorificet. *2. Re. 3. Epheſ. 6. Joann. 1. Pſal. 33. Pſal. 96. & 147. & 90.* Ex dictis colligamus, opportere nos habere hoſtes, eſſeq; vitã noſtrã militiam: & eſſe hoſtes, quos deſcribit inuictiſsimus militiæ Chriſtianæ ante ſignãs Paulus: Induite vos armaturam Dei, vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli, quoniã non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mũdi rectores: Tenebrarũ harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, ideſt, contra *Iob. 7. & 2. Cor. 10. & 1. Tim. 1. Eph. 6.*

inuiſibiles hoſtes & ſpirituales nequitias propter cœleſtia. Noſcamus etiã victos, (quia ignauia ſua victi ſunt) æternæ ignominiæ nota inurendos eſſe ac detrudẽdos in inferos, vná cum victore & triumphatore ſuo: victores autẽ, & qui ſtrenuis fuerint animis, immarceſibili gloriæ corona decorãdos, & triũphatorum glorioſo cætui adſcribendos. Vincenti dabo mãna abſconditũ, & dabo illi calculum candidũ, & in calculo, nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit: quæ, victorumſplẽdida fuit merces. Rurſum, & colligendũ eſt, quod huius ſunt certaminis ſpectatores, vniuerſi cœli cætus, qui noti ſpectãt tantũ, ſed opem á Deo implorantes ferunt: vt pudore accendamur, & animos recuperemus. Rurſum, quod cùm proſtrato hoſte certamẽ inimus, fracto ſpoliato, & quod á dextris eſt omnipotẽs, qui ſuperauit illũ, fregit, & iures cõtuſsit: Vnde, ſi nos illi nõ dederimus, proculdubio vincemus: Vicêre enim illũ, octogenarij ſenes, vt Eleazarus, Antonius, Macharius, impubes adoleſcẽtes, vt Laurẽtius, & Sebaſtianus: Tenelli pueri, vt Paſtor & Iuſtus: Floridæ virgines, vt Agattha & Catherina: quis iã de illo victoriã nõ ſpectabit, Deo vires & animos ſuppedditãte? ſunt enim illa Auguſtini certiſsima, Vita noſtra in hac peregrinatione non poteſt eſſe ſine peccato, ſine tentatione, quia profectus noſter per tentationẽ noſtra fit, neq; ſibi quiſquã innoteſcit, niſi tẽtatus: nec poteſt coronari niſi vicerit, neq; poteſt certare, niſi inimicũ & tentationes habuerit. Sed vide iã, quomodo emẽtita clementia diſsimulet maliciã, & Zeloſamis, quã nouerat iã in Chriſto, dicat illi: Dic vt lapides iſti panes fiant. Sed cur qui Æuæ & Adamo primum oſtẽdit, ſuaue ad veſcendũ & aſpectu delectabile, nõ tulit panes, vt offerret illos Chriſto, vt ſpectatis illis fami ſuæ ſuccurreret? Omnino, quia maiora de Chriſto conceperat: illos enim homines eſſe nouerat, hunc Deum eſſe odorabatur: & vt certior fieret, ita rogat, Dic vt lapides iſti &c. Si id enim non ſuſpicabatur, quæ erat illius ſtultitia, vt hominem edere rogaret, quæ non valeret edere niſi Deus? Quem ex prophetis,

*Victorũ dedecus & ſupplicium.*

*1. Petr. 5. & 1. Cor. 9. & Iacob.*

*Vincẽtiũ gloria.*

*Apoc. 2.*

*Chriſtiani certaminis ſpectatores qui ſint.*

*Hoſtis fractus.*

*2. Mac. 2.*

*Augu. in Pſal. 60.*

*Gen. 3.*

*Cur hac forma rogādi vſus eſt hoſtis.*

tis, lapides in panem conuertiſſe legerat? qui ſi præſtitiſſent, neq; id quidē ſua virtute præſtitiſſent, ſed diuina: idq; docet loquēdi modus non enim dixit, precare Deum (cui longo ſeruiſti ieiunio) vt lapides iſtos in panem conuertat: ſuorum enim ille ſeruorum gratia multa ſolet & magna facere. Vt Moyſi, Ioſuæ, Heliæ, Heliſæi: ſed ita loquutus eſt, Dic vt lapides iſti panes fiant, ita apud ſe cogitans: ſi dicto, lapides conuerterit in panem, plane ille eſt, qui dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt: Cuius verbo, cęli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Sed ſi hanc illum habere virtutem ſuſpicabatur, & illum eſſe timebat qui pluit ſeruis ſuis manna ad manducādum (Panem cœli dedit eis) potuit etiā intelligere, poſſe etiam ſeipſum cœleſti paſcere pane, qui tātò magis erat dignus illo: neq; ex emolitis lapidibus & in ſubſtantiam panis cōuerſis, opus eſſe illi pane. Et ſi ſuſpicabatur illum Deum eſſe, cur non rogabat lapides conuertat in precioſos & delicatos cibos, & illius ſalſitudine dignos? planè quia videbat eū antea negli-

*Exod. 15. Joſ. 10. 3. Re. 19. 4. Re. 4. Pſal. 32. & 148. Pſal. 32.*

*Exod. 16. & Pſ. 77*

*Cur in magis ſua via nō rogauit conuerteret panes.*



negligere illos, & nulla illorum cura teneri, & communibus cibis paſci: & hoc modo, illius perfectioni inſeruiēs, & aliena ab illius perfectione non petens, ſperauit illum in ſuam ſententiam pertracturum: omnia enim explorat callidus hoſtis qui tunc maximè ſæuit, cùm blandus eſt, tunc magis immitis, cùm ſimulat ſe eſſe miſericordem: tunc magis inimicus, cum fingit ſe amicum, tunc magis bonis nos priuare nititur, cum bona promittit, vnde, tunc maximè cauendus: maiori enim cautela opus eſt, vt noſcamus illū, cum ſe in Angelū lucis transformat, quàm cū ſe tenebrarum principem manifeſtat: cùm quid ſub ſpecie pietatis exigit, quàm cùm aperte nephariū quid efflagitat. Vide etiā, in tentādo, artē: alio. n. modo viros illos tentat perfectioni deditos, alio ſibi indulgētes: in minima pertrahere laborat illos, reſciēs, certiſsimū eſſe, quod qui ſpernit modica, paulatim decidit: & quod neglecta ſcintilla ſūmere ſolea vires. Eos autē qui laxius viuūt, & curā carnis faciūt in deſiderijs, aperto aggreditur ille Marte, & maiora ab illis exigit. Ad hæc, quid

*Tentatoris calliditas.*

*Dira in tētādo induſtria.*

*Eccl. 19*

*Rom. 13.*

Chriſtus, ſacris vtēs verbis (quorũ ille au tor erat) blãde ſed ſapiētiſsime reſpõdet: Scriptũ eſt, nõ in ſolo pane viuit homo: ſimul docēs, quæ ſcripta erãt in antiqua lege, & quæ erãt in noua ſcribēda, in noſtros fuiſſe ſcripta vſus, & ad Dæmonis artes illudendas eſſe omnia aptiſsima, & appoſitiſsima: capiēdumq; ex Sacris ſcriptis cõſilium, Cùm tentat ille, vt illius tẽtationem illudamus: ideo illa dicta ſunt, Præceptũ lucidum, illuminãs oculos: vt á Sathana paratas noſtris pedibus pedicas videamus: dicta conſiliũ, vt in rebus omnibus quæ ab illius verſutia nobis ꝓponuntur, cõſulamus illã: ne quid illi aduerſum, illius inſtigatione faciamus. Sed dices, præſtari potuerunt iſta á viris Sapiētibus, qui in lege dñi meditãtur die ac nocte, qui ſcrutãtur teſtimonia eius, qui ex hoc ſacro armamētario capere arma norũt, & illis in aduerſarios cũ opus eſt vti. Nos qui ex populo ſumus, qui iſta neq; extremis labijs vnquã deguſtauim⁹ quib⁹ in Sãcta ſãctorũ ingredi nõ permittitur, quomodo ſacris his ſententijs vtemur? inuolutus eſt hic liber nobis, ex cuius ſacra lectione, capiēdæ illæ ſunt: non deſunt qui expendant illud, non deſunt concionatores & magiſtri, qui arma tibi miniſtritent, ſetentiaſq; ſuppeditẽt: quoties. n. illos audis pro Chriſto legatione fungētes, toties tuis manibus arma parãt, quib⁹ illũ vincas: doctrinã docēt, qua verſutias illius intelligas: certiſsimaq; ſũt Dauidis, illa: Multi dicũt, quis oſtēdit nobis bona? Signatũ eſt ſuper nos lumē vultus tui dñe. Suntq; planiſsima quæ te abũdè inſtruunt, vt in his quæ ad mores ſpectãt, nõ vincaris: quid. n. breuius, q̃d plani⁹, aut lucidius, iſtis quæ ab Euãgeliſta Luca ſcripta ſunt? Quæcunq; vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis: aut illis quę literis ſunt mãdata, á magno Apoſtolo Paulo? Omnis lex in vno ſermone impletur, diliges proximũ tuũ ſicut te metipſum: quibus obſeruãtis (vt docuit magiſter vitæ) & viues, & victor tentãtis & illius tentationũ euades: quod ſi in fide tētauerit verſutus hoſtis, tu annoſſæ ſimilis quercui, perſta in his quæ didiciſti, & quæ edocta te ſunt ab indulgētiſsima matre Romana Eccleſia, quæ omnia veriſsima ſunt, certiſsima & com-

*Diuina ſcriptura in noſtros ſcripta vſus.*

*Pſal.* 118.

*Pſalm.* 1.

*Leuit.* 14

*Ezech.* 2.

2. *Cor.* 5.

*Pſal.* 4.

*Luc.* 6. *et Matt.* 7.

*Roma.* 13 *& Gal.* 5

*Mar.* 10. *& Luc.* 18.

& cōpertiſsima: neq; tuis ad iſta opus eſt armis: illa, acies ordinata eſt, & te defendet, illa erit tibi locus munitus & turris fortitudinis á facie inimici: ab illa mille Clypei pendēt, & omnis armatura fortiū: habetq; illa nō ſexaginta fortes, qui illi⁹ pacē tueantur (vt de lectulo dictū fuerat, Salomonis) ſed innumeros, qui habēt enſes ſuper femur ſuum, & ad bella ſunt doctiſsimi: tamē tibi iſta, nimia cū ſecuritate dicito: In pace, in idipſum, dormiā & requieſcā, quoniā dominus ſuſcepit me: dicito: Dominus protector vitæ meæ, á quo trepidabo? & hac vitæ ſimplicitate contentus eſto. De qua, egregia ſunt illa magni Auguſtini ita loquētis: In Catholica enim Eccleſia (vt ommittā ſynceriſſimā Sapientiā, ad cuius cognitionē pauci ſpirituales in hac vita perueniūt, cæterā quippe turbā non intelligendi viuacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſsimā facit:) euenit his, qui arrogāti animo, vt hæretici omnes, gladios ex diuino hoc armamētario capiūt, & qui indigni milicū gregariorum nomine, duces & magiſtros ſe belli profitētur, q̄ Philiſtinis, cum Ionathas in mōte aſcēdit de quibus dictū, & ecce verſus fuerat gladius vnius cuiuſq;, ad proximū ſuū, & cædes magna nimis: ac ita iſti mutuis ſe vulneribus cōfodiūt, Neq; hui⁹, de quo agimus hoſte, inferior verſutia iſta eſt, vulgares inducere homines, vt ex cœleſti ſcriptura ſumptis teſtimonijs, ſe defendere ab illius tentationibus laborēt, quibus armis corrupto ſenſu ab illo deprauatis, in illos ipſos inſurgit ipſe. Chriſt⁹ vitę magiſter: docēs hoc magiſtrorum eſſe munus, pro omni ſua ſchola certās. Et quos orbis erat creatur⁹ magiſtros, exēplo ſuo inſtruens, vt pro ſuis illis, diuinis iſtis armis certarent, vibrat corruſcātem cœleſtis ſcripturę gladiū, in illū: inquiens, Scriptum eſt, nō in ſolo pane viuit homo. Non enim diuina virtus á qua omnia ſpectant, vt det illis eſcam in tempore opportuno, & qui hominis iumenta ſaluat & ſuſtentat, alligata eſt vt ſolo enutriat ſuos pane: potens illa eſt, ſolo (ſi placuerit illi) verbo ſuo ſuſtentare illos, quod omni pinguiſsimo, & gratiſsimo cibo ſuauius & efficatius alet: non enim penu Dei, vt penu eſt hominum,

*Cant. 6.* *Pſal. 70.* *Canti. 4.* *Cant. 3.* *Pſalm. 4* *Pſal. 26.* *Aug. lib. cōtr. epiſ. fund. c. 4.* *1. Re. 14.* *Boni munus magiſtri.* *Pſ. 103.* *Pſa. 70.*

minum, quod annumeratos habet cibos quibus deficientibus, non habet quo ciuiuas ſuos alat: Habet illud innumeros quorum omnium vicem, cùm placet, ver-
*Dei penus abundãtiſsimũ.* bo ſuo ſupplet. Hæc enim hominum ſapientia eſt, quæ publicam viam ſciat, & Dei vias ignoret: pane tantum credit ſedari famem, aqua ſi tantum, gladio obtineri victoriam, nauigijs Tranari Maria, ſterilem terram non poſſe eſſe frugiferã. Manifeſtarunt iſta Iſraelitæ poſt conſumptum conſperſum ex Egypto aductum, ita loquentes:
*Exod. 14.* Cur induxiſti nos in deſertum iſtud, vt occideres multitudinẽ fame? Et cùm atergo inſtantem videbant hoſtem, & ante oculos mare, viam occludens, nublis occupatum nauigijs quibus ſolet illud ſecari, dixerunt ad Moyſen: Forſitam non erant ſepulchra, in Ægypto, & ideò Tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine? Non expendentes, quod non in
*Eſai. 55.* ſolo pane viuit homo, ſi potentiam Dei conſideret, quo, tantum anguſta ſua potẽtia cõſiderata, ſe poſſe ſuſtineri credit:
*Pſa. 138.* non. n. viæ Dei, ſunt viæ hominũ; ſed mirabilis illis facta eſt ſcientia Dei. Vnde cùm



cùm econtra contingere vident, & paſtoſ ſe contemplantur in deſerto vbi non erat panis, aqua refr geratos in loco vbi non erat aqua, & terram ſine aqua conuerſam in exitus aquarum, & terram ſterilem mutatam in fructiferã, mare conuerſum in aridam, ſuæ ſapientiæ anguſtiam confitentes, quæ credebat ſolo poſſe paſci pane hominem, mirati ipſi diuinam potentiam, ab illius mirabiliũ prædicatione nõ ceſſant: Cãtemus Domino, glorioſe magnificatus eſt: equm & aſcenſorem deiecit in mare. *Exod. 15.*
Memẽtote mirabilium eius quę fecit, ꝓdigia eius & iudicia oris eius. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. *Pſal. 77. & 95. et 97.*
Dicãt qui redẽpti ſunt á Dño, quos redemit de manu inimici &c. *Pſa. 106.* Extollamus igitur & nos animos, in illiꝰ omnipotẽti virtute ſpẽ noſtrã cõſtituentes: ſperantes, ꝙ cùm cõmuni quo ſolet rebꝰ modo, nobis non cõſuluerit, cõſulet pro ſua pietate mirabili: & ꝙ noluit Dæmonis facere ſuaſum, vt & nos nihil illius inſtinctu faciamus, etiã ſi humano iudicio videatur conueniẽs, vtile & neceſſariũ, vt videri potuit panis

panis ſumptio, vt diutinę ſuccurreretur[...] mi faciet noſtris precationib⁹, lapides c[...] uertens in panes, aut multorū hominū a[...] ritiem emoliens, vt noſtræ illi neceſsita[...] pane, ſuccurrant nobiſque ſubuenian[...] aut deſperata tempora (vt ſolent videri[...] la in quibus cœlum apparet, ferreum, t[...] ra, non lapidea tantū, ſed ignea) ſuo ve[...] bo emolita reddens, & in panes conue[...] tens, illa. Conuertens etiam lapides i[...] panes, duros labores, quibus ſolet morta[...] lium vita redundare, ita temperans, vt, il[...] lorum duritiæ emolita, comedi iam poſ[...] ſint vt panes: qua potentia aperte vſus e[...] in Iob, ita loquentem: Flagellis ſuis ci[...] xerit me, ecce clamabo vim patiens, & n[...] exaudiet? Et in Paulū, in laboribus pl[...] rimis, in carceribus abundantius, in pla[...] gis ſupra modum, in mortibus frequente[...] ſic potuit hoſtis, hoc primo inſultu n[...] ſapienter repulſus, á ſecūdo deſiſtere cō[...] greſſu, ſed non is fuit illius vnquam i[...] pios animus: aggreditur illos, neque ad[...] extremum vſque congreſſum deſiſtit, n[...] que ſpem vincendi deponit aut arma[...] & ſi millies diſceſſerit victus, perſtat ille[...]

*Quomodo lapides conuertit Christus in panem*

*Leui. 26.*

*Job. 19.*

*2. Cor 11.*

in malo ſtudio: quod ſi nos in boni conſecutione apponeremus, conſequeremur illud: ſed nos ſtatim fatigamur, laſſamur, deſiſtimus, ſi cumprimum oppoſita cura eſt, fruſtramur optatis. Idq; nobis, in animi contingit bonis, nam in his quæ corporis aut fortunæ ſunt, conſtantiſsimi ſumus, pro horum aſſequutione. Etſi ſæpiſſime fruſtrati ſumus, aut in ſolo, aut in ſalo, aut mari, ſiue fauore Principum, ſiue mercium diſtractione, conſtamus: Cumque vna non ſucceſsit via tentamus aliā: Eneique in his ſumus. In animi autem bonis, tenelli pueri: Quæuis occaſio, etiā ſi leuis illa ſit, retrahere facit manus. Carnis mortificationem es agreſſus, ieiunio illam & oratione conſequi vtcunq; laboraſti: non ſucceſsit, ſtatim deſiſtis. Et ab alio quouis vtili nobis ipſis opere, ita deſiſtimus, ac ſi noſtra non intereſſet. Non ita tuam quærit Sathan perditionem, vt tu ſalutem tuam: tu ignouitur, timide, remiſſe ſequitur, in conſtanter quæris illam, ille pertinaciter, vigilanter, & vna alteraque & multis tentationibus tuæ inuigilat perditioni. Id hodie manifeſtat, cum

*Vide Gregor. lib. in 13. ca. 9.*

*Inconſtātia in aſſequutione honoris.*

*Satthan intentando conſtās*

cum tot fruſtra tentationes vigilijs apponit. Explicuitque iſta Petrus, cùm, vt illius ferocitatem in homines, immanitatem & feritatem explicaret, non contulit illum cani, non vulpi, aut lupo, ſed leoni ferarum omnium magis terribili: neque dixit illum inſidiari, ſed circuire, vt ex omni parte impeti nos ab illo intelligamus: qui circuit, vt ſiquā partem, imparatam inuenerit aggrediatur, ſimul & nocēdi nobis inge ſtudium explicans, noſque terribilis & horrendi hoſtis prædictione, vigiles eſſe iubens: ideo & adiecit, Quærens, non in quem dentes infigat, non quem feriat illi vnguibus, ſed quem deuoret, & vitam animi deuoratus amittat. Hoc modo Satthā in nos immanitem, & in defeſſum in noſtram perditionē ſtudium explicuit: Ni tamē, ſiluit ſummus Apoſtolus arma, quibus erat illi reſiſtendum: Cui, inquit, reſiſtite fortes infide: omnino hoc modo reſiſtendum illi eſt, fide, non metu, non puſilanimitate, ſed fortitudine. Neque fortitudine lacertorum, fortes enim fuere gigantes, fortes Goliath & Saul, & tamen ille vicit illos, ſed tantum fortitudine & ſtrenuitate animi: qua præditos, fugit ille, etiam ſi adoleſcentes illi ſint aut tenere virgines: Reſiſtite (inquit idem) diabolo, & fugiet á vobis. Expende, iam quanta ſit fortitudo piorum, quæ leonem vertit in fugam. Fortes igitur in fide, ille timet, vt timuit plane illos, de quibus grauiſsime Paulus: Sancti, per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, obturauerūt ora leonū, & extinguerunt impetum ignis: & in fide illi animoſe reſiſtentes fugit, vt fugit iſtos. O ſpecioſum certamen: ſi tam fuiſſet aſpectu gratum Dauidem cum leone contendentem ſpectare, quantò erit gratius, lætius & iucundius, Chriſtianam virginem ſpectare, cū immaniſsimo leone certantem, & illum in fugam vertentem: vt certarunt Agnes, Lucia Dorothea, & innumeræ quæ certant hodie intra priuatos parietes: quas nunc ipſe, nunc ſuo acti multi ſpiritū ad mala tentantes ſolicitant.

Repulſam paſſus Satthan, aſſumpſit eum in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit ſupra pinaculum templi. Hæc ſunt illa, quæ

*1. Petr. 5.* *Cur hoſtis leoni comparatus.* *Gen. 6. et ſap. 14.* *1. Reg. 17* *Iaco. 4.* *Hebr. 11.* *1. Reg. 17* *Victoria Virginis ſpecioſa.* *Text.*

quæ principio diximus eſſe mirabilibu mirabiliora, quod permittat ſe aſſumm á Diabolo, & in Sanctam ciuitatem de duci. Quæ omnia, cum hominum amore fiant, & in illorum exemplum & inſtructionem, quò humiliora illa ſunt, tantò in maiorem admirationem rapere debent illa hominem: noſſeque debet ille quantopere ſeruire teneatur illi, qui, vt illi benefaceret, ad tanta tamque humilia ſe dimiſsit, vt permittat ſe á Diabolo nũ huc nunc illuc aſſummi ac duci. Si quemadmodum Sanſon nolens & inuitu á Philiſtinis ductus eſt in Piſtrinum minus ita vile & indignum homine, volen pro alicuius amore commodo, & honore duceretur, quanto ille Sanſoni teneretur? Permittit igitur aſſũmi ſe nũc a Diabolo, qui poſtea ab illius miniſtris, vt optime Gregorius, permiſsit ſe comprehendi: illudi, flagellari, & arundine percuti omnia ferens ac permittens, in hominum amorem, & Redemptionem. Conſtitut igitur, iam Chriſto ſupra pinaculum, illum alloquitur: Mitte te deorſum. Non diſsimilia ſunt quę ſemper ille ſuadet, omnium

*Amor Chriſti in ſuos.*

*Jud.* 16.

*Gregor.*

ni cum ſint ſemper rationi aduerſa. Quis enim cerebro valens, pro hominum inani gloria deorſum erat ſe dimiſſurus? qui ſaltem Angelicis ſe manibus ſuſcipiendũ ſpectaret. Nam qui iſta præditus eſſe ſpe pius, ſanctus, & gratus futurus erat Deo: cui rem ingratam ſe facturũ ſciret, ſi abſque vlla neceſsitate ſe ſe deorſum dimitteret: ſciret etiam ſtatim, quod inanis intuitu gloriæ, ſimilia faceret, quod ſeruus illius eſſe deſideret: vnde, neque Angelorum, vt promitebat ille, auxilio & cuſtodia potiretur, ſed colliderctur: vt Simoni euenit mago, in cœlos ſe aſcedere fingenti. Vnde quiſquis quæ á Demone dicũtur aut ſuggeruntur, diſcuſſerit, diſſona ſemper omni rationi inueniet: & quibus non niſi ſtultis valeat ille imponere; ſiue illa ad inanes honores ſpectent, ſiue ad corporis indulgentiam. Non ne ſtultiſsima ſuaſsio fuit illa Simonis, cum donum Dei, omne ſuperans præcium, ſuaſſit poſſe parari peccunia? Et ſtultiſsime, quibus ad idolorum adorationem inducit gentes, impellitque filios filiaſq; ſuas immolare illis. Sed ò miſeros quod ille in ſu-

*Stultiſsima ſemper petit Satthan ſi expendantur illa.*

*Acto.* 8. & 12.

*Acto.* 8.

*Pſa.* 105.

*Miſeri quos ad honores extulit Satthan.*

in ſublima extulit. Extulit autem omnes, quos non probitas vitæ, non integritas morum, non virtus, ſed ambitio, cupiditas, mundanus fauor, importunę preces, & dona ſine vllo ad merita habito reſpectu extulere. Elati enim illi ſunt, vt deorſum ſe mittant, & tantò ſit grauior ruina, quantò excelſius, a quo dimittantur, faſtigium. Vides huiuſmodi homines demiſſos ſtatim deorſum, nihil ſublimè, nihil excelſum, nihil cœleſte, aut diuinum cogitantes, & tantum quæ ſuper terram ſunt ſapientes: tumentes illos inani honore, incenſos diuitiarum cupiditate, ventri ſeruientes, & modo etiam ſuo ſæpe è pinaculo honoriſque vertice deturbatos: vt vidiſtis Abſalonem, Amanũ, & his ſimiles innumeros. De his quos modo etiam ſuo conſtituit, ſupra pinaculum templi, vt concionatores, prælati (ſi qui horum ſunt) nihil à nobis dicendum, neq; gladius in veſtem vnctorum Domini eſt extendendus, vt abſcindat illam: vt non dolore tactus docuit Dauid. De magiſtris, quos ille hodie ſupra pinacula templorum conſtituit, cuius modi ſunt hæretici,

*Col. 3.*

*Qui ſint qui ſe deorſum mittunt.*

*2. Re. 18.*

*Heſt. 7.*

*1. Re. 24.*

tici, qui etiã & quæ ille illis ſugerit loquũtur, longa poſſet haberi oratio: ſed miſſos faciamus illos, & quę docet omnia, quib9 ſe ac ſuos deorſum demittũt demittetq; in infernorũ ima. Sed quid ad illa Chriſtus ſanctiſsimus: Scriptũ eſt, nõ tentabis dominũ Deũ tuũ. Ecce diuinarũ ſcripturarũ diuerſum vſum Chriſtus vtitur illis natiuo ſuo ſenſu, quẽ nouit, qui illarũ author erat: vtitur ad id ipſum ad q ſcriptæ ſunt. Scriptæ n. ſunt vt ſeruentur, vt cõſilium noſtrũ ſint, vt ad illarum normam noſtra dictaq; & mores noſtros cõponamus, vt nõ diſcedamus ab illis. Veriſsima enim illa ſunt, in quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiẽdo ſermones tuos. Illa item, tunc non confundar, cùm proſpexero in omnibus mandatis tuis: vtitur illis in hominũ vtilitatẽ, & patris gloriã. Chriſti veſtigijs hęrẽt qui pro illo legatione funguntur, tanq; Deo exhortãte, per illos qui declarant ſermones illius, vt illuminant & intellectum dent paruulis: quibus ſecundum eloquium illius, dirigere ſuos labores, vt nõ dominetur illis omnis iniuſtitia, ita vt iure ſe dicere quiſq; poſsit, volũt veri-

*Text.*

*Pſa. 118.*

*Col. 3.*

*Bonus ſcripturarum vſus.*

*2. Cor. 5.*

*Gr. eph.*

*Pſa. 118.*

veritatis elegi & iudicia tua non ſum obl-
tus: quærentes, nō quod ſibi vtile eſt, ſed
1. *Cor.* 10 quod multis, vt ſalui fiant. Diuerſo & co-
trario modo Satthan ille ſacris vtitur ſcri-
pturis, ſed nō in Genuino ſenſu (cuiꝰ mo-
di eſt, quē cōplectitur Romana mater Ec-
cleſia) ſed vitiato, corrupto, de torto: idq;
in hominum, pernitiem, omnes de orſum
*Abutuntur ſcriptura perſidi hæretici.* mittere laborans, vbi infælix ſuum ha-
bet locum. Illius maligno loquuntur ſpi-
ritu Æpicuri de Grege porci, Lutherani,
& perfidi hæretici omnes, ſalutiferum di-
uini verbi glaudium in mortiferum ver-
tentes, ſuaues illius, & animos inflaman-
tes igues, in ignes Tartareos: ſplendorem
illius illuminantem, in excecantem ful-
gorem: facientes ſcaturire vermibus, cœ-
*Exo.* 16. leſte illud manna. Docuit iſta Chriſtus
optimus maximus, ſapiētia, qua diximus,
& bonitate inenarrabili, ſacra loca citāſ:
vnde, inter innumera illa commoda, quę
*Auguſt. ſer. 38. ad fraters.* de ſacra ſcriptura refert magnus Auguſti-
nus, diabolum illam rejicere dicit: Diſci-
te diuinam ſcripturam filioli, ſepę eam le-
gite, quia lenior oleo, ſublimior auro, Ar-
gento purior. Hæc eſt quæ præcipue in
Deum

Deum prouocat, & Deum diligere inui-
tat: corda illuminat, linguam purificat, *Encomi: ſcripturæ*
conſcientiam probat animam ſantiſicat,
fidem confortat, diabolum rejicit. Simul
docens, certiſsimam eſſe regulam non vi-
tæ & agendorum tantum diuinam ſcrip-
turam, ſed addiſcernendum quæ ſint gra
ta Deo, quæ in grata, quæ præcipiat ille,
in quæ inducere laborat Satthan. Quo-
tiens cunque enim contraria illi ſuadet
ſano, vero, pie intellecte modo quo á
ſanctiſsima matre Romana Eccleſia in- *Romana Eccleſia fidiſsima diuinarū ſcridturarum interpres.*
ſtruimur, mendacium illud eſt, & mani-
feſtus dolus, error in noſtram pernitiem
machinatus: alieniſsimus á ſenſu pio, &
vero, etiam ſi mēdaciſsimè dicant ſermo-
nem illa ſonare Græcum Chaldæum, aut
Hebræum. Sonet noſtris auribus vox Ec
cleſiæ dulcis, quę vtinam in illorum ſona
ret. Eam miſeri iſti in adinuentionibus *Pſal.* 26.
ſuis, qui traditi ſunt in deſideria cordis *&.* 98.
eorum. iſta omnia rellucent, in Chriſti *&.* 105.
mitiſsimi, ſapientiſsimo reſponſo. Scrip
tum eſt, non tentabis dominum Deum
tuum. Quorſum ab illo miraculo peten
da aqua vbi torrentes inundarent? Quor
D 3 ſum

Pſal. 9. & 45. Pſal. 77. Iacob. 1. Exo. 15. & 18. 3. Re. 17. 4. Reg. 6 Ioſ. 10. Act. 4. et 11. & 28.

ſum panes, vbi copia eſſet magna tritici; quorſum exiccatio maris, vbi innume- eſſent nauigia? Quorſum me deorſu mittam vbi opposita ad deſcendendu ſchala eſt? Neque enim piorum eſt, D tentare, neque Deus talis vt tentari d- beat. Adiutor enim ille dicitur, in opp tunitatibus, & vbi opportunitas non e neque miraculoſum illius auxilium i- plorandum eſt, neque ipſe cõcedet illu. Adhuc eſcæ eorum, erant in ore eorum & ira Dei deſcendit ſuper eos: quia cu manna haberent, cœli panem, volati appetiuere. Cum autem neceſsitas inſti nihil hæſitantes, petamus: Dat enim il affluenter, & non improperat. Fecere Moiſes, Hælias, Heliſæus, Ioſue, Petr. Paulus, Ioannes: imo & ipſi, cum op erat, ſuo nomine miracula ædidere. N- his igitur tu, cum ſcholæ ſint & gymnaſ miraculo doceri. Nolis vbi ad manu panes ſunt, miraculo ſuſtentari. Noli vbi medicina eſt, ſpreta illa, ſanari mira lo: ſed vtere iſtis, quæ etiam à Deo tuum commodum inſtituta ſunt: & te tua commenda illi. Et caue, ne quan

diuinam illius benignitatem tentes, quæ cùm cogitationes cordis audiat, & in neceſsitate clamantes iuuet, tẽtantes illum reſpuit. Tunc aſſumpſit in montem. Mirari oportet Chriſti lenitatem ſapientiſsimam. (Pſal. 9. Pſal. 8. & 4. et 16. Text.)

Omnia hæc tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Tunc repellit, cùm maiora promittit: tunc dicto fugat illum (vt imperij illius, vis magis agnoſcatur) quando telo vtitur ille maiori & magis metuẽdo. Expende, quomodo ferre non poſsit diuini ictum verbi: quomodo inuitus, iubenti, obſequatur, & momento eodem, eodẽque modo quo præcipitur illi: neque depoſuit adhuc Chriſtus (vertẽdus cum ſit ille in fugam) arma ſacra, ſed dixit: Vade retro Sathan, ſcriptum eſt enim dominũ Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerues: vt oſtẽderet, non potẽtia tantũ viciſſe, fugaſſeq; illũ, ſed ratione & veritate: quãdo quidquid ab illo fiebat, cõſonum, cœleſti ſcripturæ erat quidquid dicebatur, ſũptũ ex illa: Quę autẽ à Sathana, rationi & ſcripturæ omnia diſſona, ſiue dicta illa eſſent ſiue facta. Vnde, vtroq; victus ille modo, diſceſsit

*Magna à Chriſto concipit quando ita maxima perfidus promittit.*

*Text.*

diſceſsit miſer, & iubentis potentia, & v
ritatis virtute: ſimul & ſuos inſtruens, a
Pſal. 24. extremum vſque certamen non eſſe de
& 5. renda arma ſacra: precantes ſemper, di
Pſal. 17. ge me in veritate tua: & vt doceat, ma
nus ad prælium, & digitos ad bellum.

### *BREVIS QVÆDAM alia Euangelica conſideratio.*

IAm igitur expende, & ita ducem ſu
mum alloquære. Quorſum ò bone, au
deſerta petis loca, aut ieiunas? Hæc enim
opportunitas loci, hoc ſilentium, hæc o
caſsionum fuga nobis neceſſaria eſt: ho
Col. 3. nobis neceſſarium ieiunium, vt ſpiriti
1. Petr. 3. facta carnis mortificemus, vt Agar ſubi
& Ro. 8 ciamus ancillam, carnem ſilicet, aduer
Gen. 21. ſus dominam rationem inſurgentem: v
rebelle corpus ſpiritui ſubjiciamus, co
gamuſque illud ferre iugum & illius di
ctis obſequi: nobis inquam, in quibus c
ro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & qu
Galat. 5. intra noſmetipſos, duos populos rixan
tes ſentimus. Tibi quorſum deſertus lo
Gen. 25. cus, qui pax eſt ipſa, & cui cuncta ſilent
cui non maris rugitus, non vrbium ſtre- *Chriſtus cur in deſertū petierit.*
pitus impedimento eſſe poſſunt, vt tibi
ipſi patriſq; tui ſupernis negocijs non va
ces: & qui non tantum peccatorum con
uictu non inficeris, ſed illi tuo mundan
tur? Vnde neque illorum conſuetudinē
ob id ipſum eſt dedignatus, ſed curaſti
ſemper illam, vt tua luce illorum fuga-
res tenebras, vt tua doctrina, omni medi
camento magis efficaci, ſanares illos, vt
exemplo tuo, ſemper prouocares illos ad
meliora: errantes, ſemper ſicut oues quæ
rens. Quorſum tibi deſertus locus, qui *Pſa. 118.*
tua præſentia ciuitates honorificas & *Matt. 12*
ſanctificas? Quorſum tibi ieiunij dieta *Chriſtus non egerit ieiunio.*
(vt ita dicamus) qui non tantum non es
infirmus, ſed ſalus ipſa & ſanitas, & qui
ſanas omnes infirmitates noſtras, & redi
mis de interitu vitam noſtram: in quo ni
hil eſt, quod aduerſetur rationi, nihil *Pſa. 102.*
quod cōtrarium ſit ſpiritui, nihil deniq;
quod ieiunio egeat?? Sanitas ipſe eſt pax
tranquilitas, decus gloria. Nequaquam
indiget ille iſtis, quemadmodum neque
ad ſuam ſanctificationem aut redemptio
nem, quia ſanctiſicator ille erat & redem

 ptor,

ptor, paſsionis non egebat ille tormen-tis,) ſed quia attritus poſtea fuit propter
Eſai. 53. ſcelera noſtra, vt eius liuore ſanaremur, nunc propter eadẽ, & deſertum petit, & orationi vacat, & longo tẽpore ieiunat. Pro nobis igitur, qui in hominum contuitu viuimus, vt purè viuamus, petit deſertum. Pro nobis ad patrem preces fundit, vt noſtri miſereatur. Pro nobis ieiunat, quibus eſus tantopere nocuit. Nobis enim eſt natus, nobis datus: ſimul etiam docens, res eſſe gratiſsimas patri, orationem & ieiuniũ: prodeſſeq; nimis, vt perfectè iſta fiant, deſerti petitionem locique; iſta, nos pro nobis ipſis facturos, quando pro nobis illa ipſe fecit. Eſt igitur nobis deſertus locus, nõ tãtum vt vacemus orationi & ieiunio optatus, ſed vt fugiamus de medio Babylonis, vbi tanta rerum confuſio & perturbatio eſt, atq; vt id ſecerius fiat, ita noſtrum quiſq; precans:
Hier. 51. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ,
Pſa. 105. & volabo & requieſcam, & fugiam in ſolitudinem?

*Expende Chriſti in hominem amorem.*

*Res Deo gratiſſimæ, oratio & ieiunium.*

Sed dices, non omnes deſerta loca petere poſſumus, neq; ſolitudinem quærere: hoc autem poteſt & ſibi ſupra modũ neceſſarium eſt deſerta loca ab improbis, à neſarijs, à ſceleratis quærere, ſolitudinẽ illorum inquirere. Expende detrimẽta damna Iſraelitico populo, ex cõmixtione gentium: Commixti ſunt inter gentes, & Pſa. 105. didicerunt opera eorum, & ſeruierũt ſculptilibus eorũ. Vera iſta reſciẽs Paulus, cum alioqui magnus eſſet pacis & concordiæ amator, ita loquitur: Si quis frater 1. Cor. 5. nominatur inter vos eſt fornicator, aut ebrioſus, aut auarus, aut maledicus, aut idolis ſeruiens: cum huiuſmodi neq; cibum ſummere. Expende typum Exo. 23. Exod. 23 Ne inibis cum eis fœdus, non habitent in terra tua (rationẽ reddit) ne fortè peccare faciant. Arma & gladij in via per- Prob. 22. uerſi, cuſtos autem animæ ſuæ, longe recedat ab eis. Hinc Dauid Rex, cum eſſet propheta & ſanctus, ait: Odiui Eccle- Pſal. 25. ſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo. Vides, quomodo deſertum petiuit Dauid, nequaquam ſibi fidens? Tu pete, & ſi quam habiturus es in hac ſolitudine ſocietatem, illa ſit, quæ tibi auxilio ſit, & non impedimento

ieiu-

Exod. 32: ieiunio orationi & laudabili omni acti
ni: & filens dicto, quod loquens dixit: S
quis domini eſt, iungatur mihi: ocu
Pſa. 100: mei ad fideles terræ, vt ſedeant mecum
innocentes & recti adhæſſerunt mihi
Pſal. 24. quia ſuſtinui te domine. Non adhæſi
mihi cor prabum, detrahentem á me m
lignum, non cognoſcebam: detrahent
ſecreto proximo ſuo, hunc perſequeba
Nobis igitur, ſolitudo neceſſaria eſt,
non illa in quam Chriſtus migrauit ho
die hæc de qua loquuti ſumus: quæ no
erit nibis impedimento, ſed iuuamini, v
vacemus orationi & ieiunio: vt in noſtr
vtilitatem & exemplum vacauit Chri
*Bonorum operũ ferax quadragesima.* ſtus. Vacandum eſt igitur orationi & ie
iunio, & hoc potiſsimum tẽpore ad ope
ra iſta piaq; alia ſanctiſsime dicato, & d
ſtinato. Hoc, huſmodi bonorum operi
emporium, hic horum fructuum autun
nus, & harum meſsium æſtas. Sed mod
quo debent iſta fieri, noſſe maxime op
portet. Vacandum orationi, cumq; ne
omnes neque ſemper vacare poſsint
orationi quæ dicitur mentis, vacent
quæ dicitur vocis, mente tamen: nam v

ra ſunt illa Pauli Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſalam ſpiritu, pſalam & mente: & orantes expendant iſta quæ ſumma cũ breuitate dicimus, ne plus ſolito prolixi ſimus: quis ſit qui orat, & quæ inorat, & quæ ſunt quæ orat: vt humilis ſit & ſubditus in orando, & reuerens & adorans Deum quem orat, & digna quæ exaudiãtur ab illo, quæ orat. *1. Co. 14.* *Quæ expendenda in oratione.*

Ieiunium item ſit, quale ille elegit illud: ita, vt corpore ieiunante, ieiunet & mens ſobria, á labe prorſus criminum: nam egregia ſunt illa Bernardi, Si gula ſola peccauit, ſola ieiunet, ſi vero peccauerunt & membra cætera, cur non ieiunent & ipſa? Illa item Gregorij. Illud ieiunium Deus aprobat, vt hoc quod tibi ſubſtrahis, alteri largiaris, vt vnde tua caro affligitur, proximi caro reparetur. *Ieiunium quale.* *Bernard. ſerm. 28.* *Gregor.*

Noc poſſunt ſacra interſe diſſona eſſe teſtimonia, neque quæ antiqui ſunt teſtamenti, neque quæ noui, neque quę vtriuſque ſunt interſe. Cum enim varia ſint capita, varij etiam ſolent eſſe ſenſus, & ſententiæ: vtriuſque autem teſtamenti, & eorum omnium quæ in illis ſunt, vnum *Vtriuſq; teſtamẽti autor vnus.*

idemq;

idemq; caput ſit Deus: vndè, non poſ
ſunt omnia non eſſe certiſsima, & certi
ſime conſona: ideo vtraq; teſtamenta di
*Cant. 7.* &a ſunt duo humuli gemelli, dicta Ch
rub, è regione ſe in propitiatorio ſpectan
tes: vndè, cum in nouo teſtamento dic
*Exod. 25* tum, Nemo cùm tentatur, dicat, quod à d
mino tentatur, Deus enim inuentator m
lorum eſt, ipſe autem neminem tentat: &
*Iacob. 1.* in veteri, Quia tētat vos dominus veſte
vt palā fiat vtrū diligatis eum an non: &
*Deut. 13.* nunc, Fratres, quoniā vos eſtis presbyte
in populo Dei, & ex vobis pendet an
illorum, ad eloquium veſtrum corda ill
*Iudi. 8.* rum erigite, vt memores ſint, quia tenta
ſunt patres noſtri, vt probarentur, ſi ver
*Sap. 3.* colerent Deum ſuum: & alibi, Quonia
Deus tentauit eos, & inuenit illos dign
ſe: non diſſonant iſta, vt ex illorum co
textu conſtat & ſenſu. Nam Deus inte
*Cur tentir homo permittitur.* tator malorum eſt, vt Iacobus docet, N
enim tentat ille, vt ad mala pertrahat
tatos; ſed tentat & excitet illos, vt ſu
fragilitatis admoneat, ſeque indigere
diuina ſemper agnoſcant cuſtodia, &
illa indigi, ſemper illam & expoſtu

& petant: vndè, ille qui non eſt tenta-
tus, quid ſcit? Tentat etiam vt mundo *Eccl. 34.*
etiam fiant illi cogniti, quorum abſ-
condita cordis cum noſſet ille, noſſet-
que omni theſauro eſſe precioſiora quæ
latebant in illis, neſciebat illa mundus.
Quis in humano, mollique ſua natura *Vtiles mūdo piorum tētationes.*
corpore, animum crederet eſſe ad aman-
tinum, vt fuit in Iob, intentatus fuiſſet
ille, latuiſſetq; nos, ſol ille ſplendidiſſi- *Iob.*
mus, qui abſolutè cuiuſdam perfe-
ctionis radios in omnia ſecula emiſsit?
Latuiſſent tandem, & in fractum Da- *Dan. 3.*
nielis robur, & Ioſeph puritas adamā- *Gen. 39.*
ta, & lumina alia, in ſecula omnia in-
tentia; ni tentatio nobis illa manifeſtaſ-
ſet, quæ veluti clauis eſt, qua latèn-
tia in corde aperiuntur, & manife-
ſtantur. Explicuit id nobis ſacra hi- *Tentatio pectorū clauis.*
ſtoria Thobiæ. Hanc autem tentatio-
nem, Dominus permiſit euenire illi,
vt poſteris daretur exemplum patien- *Tob. 2.*
tiæ eius, ſicut & ſancti Iob: vndè & *Iob. 1.*
eidem dictum, Et quia acceptus eras
Deo, neceſſe fuit vt tentatio proba-
ret te

Dig-

Digniſsima conſideratione ſunt Ang
verba, Quia acceptus eras Deo. Vide t
tationis redditam mirabilem rationem
Acceptionis igitur diuinæ iudicium, i
multis, tentatio eſt & immiſſus labor, n
*Pſal. 60.* odij. Sonant id ipſum, illa, Multæ tribu
lationes iuſtorum: quem diligit dom
nus flagellit. Sed vt diſcerent quaſq; te
tationes ſuperare, & poſt ſuperatas exp
ctare gloriam, fecit illa omnia Chr
ſtus, &c.

## Magiſter volumus a te ſi num videre. Matth. 12

VERISSIMA ſunt, qu
*Eſai. 30. & Io. 2.* ab ſcribis dicuntur Chriſto,
le enim mundi magiſter e
cœleſtis doctrinæ autor & d
ctor: hocque fuerat ipſe pollicitus á pr
phetis, nomine. Hoc ſuum eſſe munu
*Matt. 3.* oſtendit in transfiguratione cœleſtis p
ter, cum dicit, Hic eſt filius meus dil
ctus, in quo mihi benè cōplacui: ipſu
audi

audite. Hoc ſe digniſsimum nomine ex *Mat. 23.*
preſsit Apoſtolis ipſe, cum dixit: Vos *& Mat.*
vocatis me magiſter & domine, & bene *10. &*
dicitis; ſum etenim: Et alibi, Vnus eſt *Ioan. 13.*
enim magiſter veſter. Hacque potiſsi- *Luc. 11.*
mum de cauſa, ſapientia, ille, patris voca *et 1. Co. 1*
tus eſt, & tributa illi quæcunque ſapien- *& col. 1*
tiæ ſunt quod mundum eſſet diuina pror *Pſa. 134.*
ſus illuſtraturus doctrina. Signorumitē
operator potentiſsimus ille erat: omnia
enim quæcunque volebat faciebat in cę
lo & in terra, in mari, & in omnibus abyſ
ſis: eratq; illi nomen omnipotens. Quæ *Exod. 15*
nam igitur cauſa fuit, propter quam, qui
cum conuiciaretur factus erat ſicut ho-
mo non audiens, & non hābens in ore *Pſal. 37*
ſuo redargutionem? Qui cum maledi- *1. Petr. 2*
ceretur non maledicebat, qui cum pa-
teretur non comminabatur, qui ad im- *Mat. 11.*
pias, peccatoris voracis dæmoniaci vo-
ces, nimis blanda exhibebat reſpon- *Chriſtus*
ſa? Quin & poſtea præcipitari illum è *cur ad cō*
montis vertice volentes, comprehen- *uitia ſi-*
dere, lapidibus impetere, nihil neque *luit.*
dixit neque fecit non molle & manſue- *Ioan. 10*
tum: nunc ad veras certaſque de illo *& 11.*

E voces

voces, ita reſpondet acerbè, Genera-
*Pſal.* 11. tio mala & adultera. Acceſſerunt hi
labijs doloſis in corde, & corde lo-
quentes: hac verborum blanditie, ve-
nenum pectoris diſsimulantes: acceſſe-
rant perſonam gerentes amicam, ini-
micam vero faciem. Id intelligens, ſe-
cretò cupiens mederi vulneri, Chri-
*Pſal.* 138 ſtus, cui non eſt occultatum os in oc-
culto factum, quique cognoſcit no-
uiſsima & antiqua, reſponſum exhi-
bens non fictis verborum blanditijs
ſed peccatorum, crudeliter durum reſ-
ponſum exhibet. Neque illorum an-
nuit ſimulatæ rogationi, quia non vti-
litatis capiendæ cauſa, quærebant ſig-
num, ſed calumniandi, cauſam cape-
re curabant: potentius, & mirabilius
miraculum exhibens reſpondendo,
quàm ſi viſum reſtituiſſet cæco, aut So-
*Ioſ.* 10. lem medio cœlo iuſsiſſet ſtare: nam
*Ioan.* 4. maioris potentiæ eſt pectoris abdita noſ-
*Pſal.* 43. ſe, cogitationes cordis audire (quod
*Dan.* 13. ſolius Dei eſt) quàm externa alia mi-
racula operari. Hac igitur de cauſa, ita
reſpó-
reſpondet acerbè, quod indecens eſſet
fieri ad conuitia. Nam præterquám *Eſai.* 26.
quòd agni manſuetiſsimi pollicitus erat *&* 53.
nomine, dicere poſtea nequiret, Diſci- *Matt.* 11
te à me, quia mitis ego ſum & humi-
lis corde, neque ferendæ ignoſcendæ-
que iniuriæ doctrinam dare: quæ tan- *Matt.* 6.
topere ſacris ſuis in litteris commen-
data eſt. Docuit præterea, blandam
adulationis peſtem optimis ſæpe homi-
nibus pernicioſiorem futuram, apertis
conuitijs: apertaque conuitia patien-
tia eſſe ſuperanda, igneſque illos mol- *Prob.* 15.
li manſuetudinis aqua extinguendos:
Vincendumque in bono malum, adu- *Adula-*
lationem vero excutiendam, adulato- *tores ex-*
res acerba reprehenſione feriendos, quia *cutiendi.*
eorum molliti ſuper oleum ſermones *Pſal.* 54
iacula ſunt, pluſque nocent manifeſtis
inimicis: nam illos metuimus, caue-
muſque ab illis, hos fouemus, credi-
muſque nos, noſtraque illis: oſculoque
vt quondam Iudas tradunt, & vt Ioab *Luc.* 22.
Amaſiā gladio transfigunt: cùm tñ (vt *2. Re.* 20
optimè quidā) expediret, nos in coruos
quā in illos incidere, nā illi vorant mor-

E 2 tuos,

*De adulationis pernitie vide Auguſt. ſer. 29. ad fratr. hic epiſt. ad ruſti ol. 49. 1. Pet. 2.*

tuos, iſti viuos. Nos vero nequaquam Chriſti Optimi Maximi veſtigijs hærentes (cum tamen reliquerit nobis ille exemplum, vt ſequamur veſtigia eius) iniurias non ferimus, ſed cum fœnore retaliamus, excandeſcimus & bacchamurque in autores: blandis autem verbis imponentes, Etſi mendacia illa nouerimus, hos amore proſequimur, beneficijs dementatores noſtros, ac prorſus incantatores afficientes. Qui ſimiles ſunt aucupibus, venatoribus, piſcatoribus, qui exitium harum ferarum appetentes, & ſuam vtilitatem curantes, illarum ſe ingenijs accomodant. Falax hoc vitium, pernicioſum quidem in omnibus, ſed in Scribis & Phariſæis pernitioſiſsimum. Sunt enim illi, & doctrinæ & religionis titulo commendabiles populo: vnde nimiam habent apud illum ſua dicta autoritatem. Id nunc contigiſſet (quod auertat Deus) ſi ſacerdotes, ſapientes & prædicatores, adularentur & prurirent auribus. Nihil minus adulari nouit, quám ſal, & ignis: quia ſal vbique conditꝫ quibuſcunque cibis aſperſus, incorruptionem & ſaporem impartit: ignis & vbique ſuo fulgore illuſtrat, & veras rerum naturas manifeſtat. His autem nominibus, dignata eſt diuina Sapientia Euangelij promulgatores, nè vnquam vili ſordidoque adulationis vitio ſeruirent. Sed quæramus, qua de cauſa illos malam adulteramque generationem appellauit? Omnino quia debitam deo fidem non ſeruabant: ob illam enim rationem antiquos iſtorum patres, quos ipſi moribus exprimebant, eiſdem appellationibus, de honeſtauit, inquiens: Generatio praua atque peruerſa hæccine reddis Domino? popule ſtulte & inſipiens nunquid, &c.

*Adulatores quibus ſimiles.*

*Adulatio in magiſtris pernitioſa. 2. Tim. 4.*

*Matt. 6.*

*Cur dicta generatio mala & adultera.*

*Deut. 32. & Pſal 77.*

Faxit Deus, ne nos (in quos tanta tamque grandia cumulata ſunt beneficia, ob noſtram ingratitudinem, atque à Deo noſtro defectionem) miſeris hiſce nominibus ſimus digni, qui illorum quodammodo impietati ſimiles, paſsim idola erigimus, quibus libamus,

*Multorum idola quæ ſint:*

libamus, quibus modo noſtro genu
flectimus, honoris ille, iſte ingluuie
alius autem auaritiæ, quæ idoli nom
ne ſacra ipſa ſcriptura appellat: vnd
illa Pauli, Quorum Deus venter eſt
Auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitu
*Phil.* 3. Signum autem, quod dandum illis, ip
ſa teſtatur veritas, ſignum fuit Ion
prophetæ: quo expreſsit Chriſtus, &
mortem & ſepulturam, & reſurrectio
*Signum mirabile.* nem ſuam. Hoc autem ſignum, lon
gè erat maius, quám dicto ſedare ma
ria, fugare Dæmones, ſuſcitare mor
tuos. Quis enim vnquam mortuu
cum eſſet, ſeipſum ſuſcitare potuit, cum
neque ſe ipſos excitent dormientes. Fe
cit autem horum mentionem futuro
rum, præſcius Chriſtus, vt vita ill
iam functo, recordarentur reſurrectio
nis, quam prædixerat ipſe: ſcirentqu
non fuiſſe ob impotentiam paſſum
dum viueret, qui tantæ eſſet potentiæ
vt mortuus ſeipſum ſuſcitaret.

His autem dictis, in illorum duritiem
& ingratitudinem inuectus, inquit: Vi
ri Niniuitæ, ſurgent in iudicio aduerſus generationem iſtam, & condemnabunt eam. Illi enim Æthnici cum eſſent, ad incogniti hominis minantes voces, illarum fide & timore perculſi, acerbiſsimam pœnitentiam egerunt: vos autem, ad meas, quæ ſalutis ſunt, quæ remiſsionem peccatorum prędicăt, quæ regnum cœlorum inſtare dicunt, quæ non euerſionem, vt Ionnæ voces, ſed redemptionem ſonant: increduli, obſtinati, nefarij, ſceleratique eſtis: cùm tamen tám diſtem á Iona, quám ſeruus á Domino, á conditore creatura. *Vocum Ionæ & Chriſti comparatio.*

Vtinam huiuſmodi voces, meritò non intonentur in nos, qui ad Chriſti voces ita obſurdeſcimus: in quos tantanta ſunt cumulata beneficia. Quis enim antè actiuæ vitæ pœnitentiam agit? Cùm non Ionas intonet iſta, ſed *Hier.* 26. Prophetæ omnes maiorque prophetis *Ezec.* 13. Ioannes, omniumque prophetarum *Sap.* 21. virtus, Chriſtus. Hinc Paulus, quo- *Eccl.* 17. niam benignitas Dei, ad pœnitentiam *Matt.* 3. te adducit tu autem ſecundū impenitēs *Rom.* 2.

 cor

cortuum, &c. Qui igitur vitijs in
cti ſumus, fletibus maculas diluam
*Pſa.118.* exitus, cùm Dauide, lacrymarum d
ducant oculi noſtri, quia non cuſt
dierunt legem Dei: qui vitiorum m
bis afflicti, amaram pœnitentiæ p
tionem ſumamus, vt purgati, ſal
tem recuperemus: peccata confiteam
ſacerdoti noſtra, neque id frigidè ſ
corde præ dolore comminuto, firmi
ſimo, non labendi in illa, propoſi
concepto, dicamus: Miſerere mei De
*Pſal.37.* quia iniquitates meæ ſupergreſſæ ſu
caput meum, & ſicut onus graue gra
*Pſal.68* tæ ſunt ſuper me. Miſerere mei De
quoniam infixus ſum in limo profu
di, & non eſt ſubſtantia. Miſerere m
Deus, & auerte faciem tuam á pecca
tis meis, & omnes iniquitates meas de
*Pſal.50.* ſpeque concepta conſequutæ veniæ, ſe
pentis iterum voces non auſcultemu
quæ ſemper vetiti fructus malè ſuauer
ſuadet eſum: cũ. ad vindictã impellit
cõgerendas quomodocunq; diuitias in
tat, ad voluptates emollit, & ad vitia o
ni

omnia ſollicitat. Expendamus, ob quæ,
tot nos implicemus malis, tot priuemur
bonis. Quod ſi iuxta Iſaiæ ſermones,
(qui ita inquit, Lauamini, mundi eſto- *Eſai.1.*
te, auferte malum cogitationum veſtra-
rum, quieſcite agere peruerſe, diſcite be *Pie conſcientiæ ſecuritas*
nefacere) mores noſtros compoſuerimus,
neque Niniuitas, neque Auſtri reginam,
neque Ionam ipſum, neque Salomonem
timebimus: neque ipſos Apoſtolos, quos
iudices orbis futuros, dixit Chriſtus. Nõ *Pſal.111.*
timet reſidentiam ęquus iudex neque iu- *& 30.*
dicem ipſum qui non eſt reus. Quòd ſi *& 84.*
perſtiterimus in malis, ſurgent omnino *& 144.*
aduerſus nos viri Niniuitæ: & hæc, atq; *Eccle.8.*
his plura & horribiliora, dicent. Aduos *Eccleſ.1.*
venit Chriſtus, æterni Patris ſplendor, vo *Niniuitarũ ad nos ſermones*
luntatis ſuæ interpres: ſuam vobis doctri
nam prædicauit, obtinendæ veniæ viam
docuit, vobis conuixit, vos docuit & in- *Hebr. 1.*
ſtruxit, ante veſtros oculos mirabilia eſt *Matt.4.*
operatus: vos ſuo lauit ſanguine, propriæ *& 7.*
vitæ præcio redemit, & populum in tene *Marc.6.*
bris degentem, in admirabile lumen ſuũ *Apoc.1.*
vocauit. Neque tamẽ tot emolliti fuiſtis *tit.2.*
beneficijs, neque tanto vitæ ac doctrinæ *1.Pet.2.*

 ſplendore

ſplendore illuminati, ſed reliquiſtis il
illiuſque præcepta poſt tergum proie
ſtis: ſpreuiſtis præmia, contempſiſtis m
nas, damnabimini meritò, comparat
neque noſtra, iniqui, iudicabimini. Q
fletu, ieiunio, ſacco, cinere, lamentis, t
tæ emendatione, ad incogniti homi
voces) barbari cũ eſſemus) veniam á D
impetrauimus, eadẽ dicet Regina Auſt
quę viſum, auditumque perrexit Salom
*3. Reg. 10* nem, atque ad illius rerum diſpoſition
ordinemque miniſtrantium, & ſerm
nes quos loquebatur ille, ita expauefa
dixit: Maior eſt ſapiẽtia & opera tua, q
rumor quem audiui &c. nos vero neq
ſermones miramur Chriſti, qui vitę ſu
indicibiliſque ſapientiæ, neque domu
lius, ideſt Eccleſiæ maieſtatem, neque m
niſtrantum in illa ordinationẽ: cum i
omnia ante oculos verſentur noſtros.

*Text.* Cum aut immundus ſpiritus exierit
homine, ambulat per loca arida, quęre
requiem & non inuenit. &c.

*Quæ ſint dæmonilo ca arida: Cant. 1.*

Loca illi arida ſunt, vbi requiẽ dæm
non inuenit, quę Chriſto hortus ſunt i
riguus, quæ paradiſus illi ſunt, quæ le

lus floridus, vt piorum animæ. I

*Text.* Tunc, dicit, reuertar in domum meam,
vnde exiui, & veniens, inuenit eam vacã
tem, ſcopis mundatam & ornatam. Tunc
vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſe-
cum, nequiores ſe, & intrantes habitant
ibi, & fiunt nouiſſima illius peiora prior-
ibus. Sic erit & generationi huic peſſimę.

*Quæ ſit domus va cu.*

Domus cęleſti ſpiritu vacua, dicitur ani
ma, quę, ob id q̃ diſpoſita illa ſit ad ſuſ-
cipiendum dæmones. Aptaq; illis, ſcopis
mundata dicitur & ornata: erit autem mũ
datio, & ornatus, digna hoſpitibus.

*Quæ ſint quæ placent dæmoni.*

Inuenit igitur mundatam domum, ocu
los pudicitia, linguam veritatē, manus
pietate. Cor virtute: quæ mundities, im-
mundiſsima cum ſit, placet illi, quemad-
modũ placẽt tenebræ veſpertilioni, ſter-
cora vermibus, Fetidæ carnes, canibus &
vulturibus: reuerſio in domum quam exi
uit, cautos eſſe iubet confitentes, qui ob a
ctam pęnitẽtiam expulſere demonem, ne
ſe negligant, dormiant ve. Dęmon enim
velut iniuria affectus, ob expulſam ab il-
lo paſſam, acriori illos perſequetur odio
illorũq; perniciem vehementius curabit.

*Cautio pe nitẽtibus neceſſaria.*

Inter

Inter dicendum iſta, ecce mater ei & fratres ſtabant foris quærentes lo[q] ei &c. Quæ eſt mater mea & qui fratr[es] mei? ſic ex reſpōſo, perpēde ad quantā [di]nitatem eleuet homines, diuinæ legis [ob]ſeruatio, diuine voluntatis exequut[io] quæ facit illos, non Chriſti tantum ſ[er]uos) quod omni erat glorioſi⁹ regno) f[ratres], ſorores, matrem, & inpoſter[um] æternæ gloriæ participes.

## *SALVTATIO.*

*Verbo, Chriſtus optimus maxi. Sanauit in[ue]terati morbi infirmū: verbo ſolet ipſe Eu[ange]lico, (quod omnino ſuum eſt, vt fuerat illud) [in]firmos animos ſanare, etiam ſi inueteratis m[or]bis ſint illi afflicti. Precemur illum, vt ho[c] ita contingat: diuina nobis conceſſa gratia, [...]uinæ virginis interceſſione. Aue Maria.*

THEM[A.]



# THEMA.

## Vis ſanus fieri? Reſpondet ei languidus, Domine hominem non habeo.

IN omnibus noſtram vtilitatē ſitiens, nobis benefaciendi occaſiones, non exigua cura, procurabat Chriſtus: vnde, digniſſimè, tota illius vita, noſtrum poteſt dici beneficium. Vtinam, in tanti recompenſationem beneficij, tota noſtra, obſequium illius dici poſſet, vtrunque noſtrū beneficium eſſet. Poſt hæc, erat dies feſtus, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam, vt ſuo exemplo ad legis obſeruationem incitaret, & quibus operibus feſtiui dies eſſent ſanctificandi oſtenderet. Abſtinendum enim in illis (vt illorum ſit perfecta & Deo grata obſeruatio) non tantum á ſeruilibus corporis operibus, ſed á ſeruilibus

*Tota Chriſti vita hominis fuit beneficiū.*

*Dies pentecoſtes*

*Chriſ. li. 2. in Ioā. c. 123. Chry hi. 35. Euth. Theophi.*

libus

libus operibus animi. Quid enim ma
nobile & ingenuum, quàm peccatis n
fœdare animam, & diuinis vacare co
quijs, & cum Deo illa miſcere? aut q
ſeruile magis, & ingenuo indignum ho
*Eſai. 58.* ne, cuius modi ſunt Chriſtiani omne
berati autem à peccato ſerui facti eſti
*Gala. 4.* ſtitiæ, qua libertate Chriſtus vos libe
uit: quàm ſeruire peccato, opus ex ſe v
abiectum, ſordidum, & ignominioſu
De qua ſeruitute loquens Ioannes, a
*Ioan. 8.* Amen, amen dico vobis, quia omnis q
facit peccatum ſeruus eſt peccati: & P
*Rom. 6.* lus. An neſcitis, quoniam cui exhibe
vos ſeruos ad obediendū, ſerui eſtis e
cui obeditis, ſiue peccati ad mortem,
*2. Pet. 2.* ue obeditionis ad iuſtitiam? Et Petru
bertatem illis promittens, cum illi ſe
ſint corruptionis: à quo.n. quis ſeparat
eſt, huius ſeruus eſt. Abſtinēdū igitur e
ab externis illis ſeruilib⁹ & ab internis.

*Aug. li.* Hinc, grauiſsimi Auguſtini grauiſ
*de ciuit.* ma illa: Bonus, etiam ſi ſeruit, liber e
malus autem, etſi regnet, ſeruus eſt, n
que eſt vnius Domini, ſed quod grau
eſt) tot dominorum quot vitiorum. Et
nec

neca, ſeruus eſt, ſed fortaſſe liber animus
ſeruus eſt, oſtende, quis non ſit? Alius li- *Senec. epiſtol. 47.*
bidini, alius auaritiæ, alius ambitioni
omnes timori: Nulla ſeruitus turpior eſt,
quàm voluntaria.

Abſtinendum, vt dixi, & ab internis:
quo enim præſtantior dies eſt, tantò præ *Feſtiui diei perfecta obſeruatio:*
ſtantioribus operibus magis dignus: ſi cā
did[illegible]: & precioſis induitur, illis diebus,
corpus, cur & animus non induetur? Si
quieſcit illud, cur non quieſcet ipſe? Si
gaudet, cur non gaudebit? Abeant igi-
tur qui, ſacros hos dies, & ſolennes, quos
ſibi dicauit Deus, operibus ꝓphanant nō
ſacris, & qui tēpore quo illorū ceſſant à la
bore boues, laborare cogūt animos: Chri
ſtus vt hoc oſtēderet, & Hieroſolymā aſ-
cendit, & ſe dignis operibus feſtiuum ſā
ctificat diem: miſero homini ſubueniēs,
& miraculo multitudini, quę ad feſti cele
brationē cōuenerat, oſtēdens, quis ille eſ-
ſet, ac quantus. Erat autem Hieroſolymis *Text.*
probatica picina, quæ cognominaba
tur Hæbraicè Betheſda, quinque porti-
cus habens. Cum enim eſſet tantus homi
num concurſus, dignè reipublicę curam
haben-

habentes, quinque porticus fieri præc
rãt, vt melius ſe haberet ſalutis auida
*Inſtrutio noſtra.* iacens multitudo: nos inſtruens, qu
cùm in firmis ſalutaria largiri non po
mus, ſaltem in illorum gratiam, & m
borum alleuationem, quod in nobis
rit, faciamus. Si enim gratiſsima, &
ceptiſsima Deo ſunt, quęcunque in p
perem fiunt: quantò erunt gratiora,
in pauperes, & rei, & ſalutis fiunt, vt
*Tob. 4.* infirmi? Hinc illa, de pauperum ſubu
tione, Bona eſt oratio cũ ieiunio, & el
moſyna magis quàm Theſauros auri re
*Prou. 14.* dere: qui calumniat egentem, exprob
factori eius, honorat autem eum qui m
ſeretur pauperis: de infirmis autem, cu
æternę glorię corona ornat ſuos, inter
*Mat. 25.* xima illa propter quæ in morali illo h
nore illi decorantur, infirmi ſubuenti
& viſitatio annumeratur: ſibique factu
dicit, quod factum fuit infirmo: Inf
*Pſa. 40.* mus eram, & viſitaſtis me: vniuerſum ſt
tum eius, verſaſti in infirmitate eius: e
bene quo infirmum affeciſti, affecit
Deus ipſe, tibi lectum verſando, mol
reddendo, qua opera tu in infirmum

vſus: Cumque opera iſta, quouis homi-
ne priuato ſint digniſsima, publico ſunt
magis digna magiſtratu, quia ad illos pau *Opera ex rapublica magis digna.*
perum & infirmorum maximè ſpectat &
cura & ſub uentio, & bona in hos vſus pu
blica cum conſumuntur, tunc durant:
Cur enim illis non congruet, quod priua
to conuenit homini: Qui dat pauperi, nõ *Prou. 28*
indigebit: qui miſeretur pauperis, fænera
tur Deo. Nunquam mihi diſplicuere illi
qui ſui temporis pauperum cura habita,
ad curandos, medendoſque miſeros hoſ-
pitalia fecere: ſi enim (vt ſic loquamur)
elemoſyna grata Deo eſt quæ labitur, cur *Expende de hoſpitaliũ erectione.*
non erit fons quidam, perpetuis elemoſy
nis ſcaturiens, gratus? Si gratus fuit Deo
Ioſeph frumenta condens, vt futuris ne-
ceſsitatibus cõſuleret, cur grati non erũt,
qui in miſeros, & miſeriarum illorũ ſub *Gen. 42.*
uentionem, miſericordiam condiderunt?
& potiſsimum in his annis, in quibus,
cum tanta ſit multitudo languentium,
claudorum, aridorum, & cæcorum, tan-
ta miſeriæ ſterilitas eſt? Si vnius aut al- *Mat. 25.*
terius hoſpites tám fuit grata ſēper Chri-
ſto, receptio, vt ſibi ipſi factum illud im

putet, ita in quiens, Hoſpes eram & col
*Mat.* 18. legiſtis me cur non erit grata, tám fr
quens & numeroſa deſtitutorum, & inf
morum receptio hoſpitum? Et iterum,
qui ſuſceperit vnum paruulum talem
*D. Chry.* nomine meo, me ſuſcipit.

Agregie Chryſoſtomus, Qualem me
cedem habet qui propter Deum pereg
natur, talem habet qui ſuſcipit peregri
tē, & fiunt ambo æquales: & qui prop
Deum refrigerat, & qui propter Deum l
borat. Certiſsima igitur ſunt & illa
hoſpitalitate dicta.

*Hoſpitalitas commendatur;* Hoſpitalitem ſectantes: & Petrus, ho
pitales inuicem ſine murmuratione: da
que illud eſt laudi Abrahamo, & Lot
vnde, illorum nos excitās exemplo, P
*Rom.* 13. lus, ait: & hoſpitalitatem nolite obliui
1. *Pet.* 4. ci, per hanc enim placuerunt quidā, A
*Gen.* 13. gelis hoſpitio receptis.

*&* 17. Vnde, & diuino impulſu & vt in noſt
*Heb.* 13. vtilitatem illa ſcriberentur, bona ſua m
*Iob.* 31. mia cum modeſtia recēſens Iob, vt qu
*Vide Grego. in hoc cap.* Deo gratiſsimum, dixit: Foris non ma
ſit peregrinus, oſtiū meum viatori pat
Erit igitur ſumme gratum Deo, public
er

erectio domus, ne foris maneat peregri-
nus, pauper & infirmus, & oſtium viato-
ri pateat, ſitque publica iſta charitas, quā
do tantopere priuata defuit. Sed dicunt, *Expendi rogo:*
regias illi erigunt amplaſq; domos: verè,
ſicut illæ erigantur, animo illi voluunt,
anguſtæ poſſunt illæ & humiles, videri ſi
ille in illis recipitur, qui dixit: Hoſpes e-
ram, & collegiſtis me. Quid amplum aut
excelſum tantò videri poteſt hoſpiti, cui
anguſtum eſt cœlum: Aut quę inſeruien
di indulgendique illi, dum infirmus eſt,
cura ſuperflua, aut ſuperflui ſūptus? Diſ- *Pſal.* 111.
pergāt igitur iſti & dent pauperibus, non
vt miſeri alij in magnis diuitijs inopes,
parcaqui ſubueniūt manu: miſereātur iſti
in hilaritate ſeminēt in benedictionibus *Rom.* 12.
Dei ſui ſint imitatores, qui, cùm ſitienti 2. *Cor.* 9.
dat viuere, torrētes inundāt: cùm fameli- *Pſa.* 77.
cos paſcit, pluit illis manna ad māducan *Exod.* 16.
dū, & diſtribuit diſcumbentibus quātū vo *Ioan.* 6.
luit: & ita, larga in pauperes ſuos manu, *Honorificauit*
pietatis opera exercet. Honorificauit hu *ſua*
iuſmodi loca, Chriſtus optimus maxim⁹, *preſentia*
ſua preſentia, cùm in huius piſcinæ porti *Christus*
cus eſt ingreſſus, & nos ſuo exemplo ad *hoſpitalia.*

 uiſenda

uiſenda illa incitauit: & elargita deſtitu
tuto homini ſalutis & ſanitatis eleemoſ
na, vt nos, ad benefaciendum illis, mo
do quo poſſumus, illuc ingrediamur, a
*Pſal. 1.* monuit. Hoc enim nobili illi ligno, cu
beatus vir fuit comparatus, datum fu
laudi, quod fructum ſuum dat intempo
re ſuo, fructum ſuum non alienum: non
abſcondit, non ſeruat, non in ſuos vſu
conuertit, ſed dat, in tempore ſuo oppo
tuno & deſiderato tempore. Quod enim
magis opportunum tempus miſerend
eſt, quám tempus miſeriæ? Aut quis dig
nior cui illa detur, quam pauper, & in
*Cura ſalutis.* fimus? Semper hæc fuit cura ſalutis.
Expende concurſum, infirmantium va
*Plato de tuenda bon. valetud.* rietatem, patientiam illorum in expecta
da illa, eſt enim ſanitas, quod ille dixit
bona valetudo, maximè diuinum ſuauiſ
ſimunque eſt condimentum: & Pluthar
*Pluthar. problem. 18.* cus: Magnum, ad rectè de ex animi ſen
tentia viuendum, compendium eſt, com
moda corporis valetudo, haud oppreſſi
ſed agilis, adque ad omnem vitæ functio
rem rectè peragendam probe conſtituti
*Demoſt.* Vnde & Demoſthenes: Incredibile eſt
alicu



alicui tantam ignauiam eſſe inſitam, vt ſa
lutem ſuam negligat. Precioſiſsima igi-
tur res eſt, ſanitas & ſalus, quam tam lon
ga expectatione procurabāt iſti, & res hu
mano miſera iudicio, languor, cæcitas,
claudicatio, ariditas: humanæ & diuinæ
literæ iſta teſtantur. Et melius eſt corpus
validum, quám cenſus immēſus, non eſt
cenſus, ſuper cenſum ſalutis, ait Eccleſia *Eccl. 30.*
ſticus: neque res eſt iſta indigens proba-
tione cum cōpertiſsima ſit illa omnibus,
& innumeris comprobata experimentis.
Quis enim cęcitatem non dicit rem labo *Job. 5.*
rioſam, quandò vir patientiſsimis Tho-
bias, de illa ita fuit loquutus: Quale gau
dium mihi erit, qui in tenebris dego, &
lumen cœli non video? Et ſi in hoc mo-
derato tāti laboris ſenſu, id ſe magis ſenti
redixerit nō quòd verā ille pulcritudinē
nō ſpectaret, & floribus picturatos, cāpos *Cur Thobias ita fuerit loquutus.*
& hominū vultus, ſpecioſos, ornatos & ele
gātes, ſed ꝙ cœli lumen nō videret. Erat
enim illi cœlū vitæ ſcopus, & nauigatio-
nis ſuæ portus optatus: & fortaſſe ideò di
xit, eo quod illius beneficio vti non poſ-
ſet, in pauperum ſubuentionem & pro-
F 3 ximo-

ximorum beneficientiam, quam tantopere curabat. Quod autem cæcitatis morbus loboriosus ſit, vel id aptè oſtendit, quod ſacræ loquuntur literæ. Hanc autem tentationem permiſit Deus illi euenire, vt daretur exemplum patientiæ, ſicut, & ſancto Iob: non eſſet autem opus patientia, ſi labor, cæcitas non eſſet, neque tentatio, diceretur morbi euentus. Quæ omnia, & declaudicatione, & ariditate, & quouis alio morbo dici ſuo modo poſſent. Sunt igitur morbi, labores: ſed ſed á Deo nimia cum clementia inflicti, ad vt frenum nobis iniiciat, ne precipites in mala ruamus, aut vt frigidam infundat, vt non ferueat auaritia, miſeraque cupidine pectus, aut vt noſtrę nos fragilitatis admoneat, & inceritudinis vitæ memores reddat, & pro ſalute (cùm illa gaudeamus) gratos. Vnde æquo animo ferendi, aut ſicut morborum animi medicamentū, aut quędam é mortifero ſomno vitæ expergefactio, aut exercitatio patientię ad peromnia bona. Neque tamen, damnanda infirmis cura ſalutis eſt, (cùm illa optetur, vt mens ſit ſana in corpore ſano) ſicut neque damnata fuit in iſtis. Quod meritò poteſt in multis damnari, illud omnino eſt, quòd cùm eiſdem, & grauioribus morbis magiſque periculoſis, grauetur animus, illius ſalutis curá, aut nulla aut exigua illa, teneantur: toti corpori intenti, fragili, miſero, caduco, & de quo optimè Seneca: Moreris, nō quia ægrotas, ſed quia viuis: cùm conualueris, non mortem, ſed valetudinem effugies. Habet enim ſuos morbos animus, habet ſuam cæcitatem, ſuam claudicationem, ſuam ariditatem. Id illa probant, Alienati á via Dei, vſque ad cæcitatem cordis ipſorum &c.

*Morbi cur mittātur.*

*Expende iſta omnia.*

*Cura ſalutis animi a multis negligitur.*

*Seneca epiſt. 72.*

*Habet ſuos morbos animus.*

Confidis te ducem eſſe cæcorū, Cui preſto non ſum, hic, cæcus eſt manu tentans. Illa item, Vſquequo cludicatis in duas partes? Claudicauerunt á ſemitis ſuis: & Greſus rectos facitie ſemitis veſtris, vt non claudicans quis erret: Anima noſtra arida eſt: Anima mea, ſicut terra ſine aqua tibi.

*Eph. 4.*
*Rom. 2.*
*2. Petr. 1.*
*3. Re. 18*
*Pſal. 17.*
*Heb. 12.*
*Num. 11.*

Quod igitur dolore afficit pios, & in admirationem rapit ſenſatos, illud eſt omni-

omnino (humanum dico, propter in
mitatem carnis veſtræ, &c.) quod t
*Rom. 6.* to corporeæ ſalutis teneamur deſiderio
modis curemus illam, illiuſque morb
depellere, animi autem morbos non
tiamus, & negligamus, aut ſaltem
mili ſtudio ab illis nos expedire cu
mus: ad illum accurrentes, Qui ſanat
firmitates noſtras, qui redimit de inte
*Pſal. 102.* vitam noſtram, quandò preſtare illud
terit ſolo iuſſu, nulla ſpectata aquæ m
tione. Speque nos iubet eſſe certa, ill
ad benefaciendũ procliuitas: offert en
non rogatus hodie ſalutem.

*Animo iſta voluit* Sed multa ſunt, ingenti conſiderat
ne digna, quæ effuſam in nos diuin
benignitatem commendant, vt ado
mus illam & totos nos deberi illi fat
mur. In priſcos illos, ad corporis m
borum expiationem aut ſanitatem, aq
vnius piſcinæ tantum erant vtiles: m
uebat aquã Angelus è cœlo lapſus, ſem
aut iterum: vnus tantum (& is erat qui
mò intingebatur) optata potiebatur ſa
te. Magna quidem iſta, & magna gra
tudine digna, quod tanti haberet D
hon

homines, vt ad ſanandos illos & Ange- *Magni habenda beneficia Dei.*
lum mitteret è cœlis, & ſanandi aquis vir
tutem donaret. Sed quæ in nos cummu-
lata ſunt beneficia, ſuprá modum ſunt
iſtis maiora, non ad morborum corporũ
ſanitatẽ (illa enim infima ſunt, & ſi mag-
na ſint, cùm nõ poſsint eſſe maiora cor-
pore cui conferuntur, quod terreum eſt,
fragile & breuis æui) ſed ad ſanitatẽ mor
borum animi. Qui morbi, & verè morbi
ſunt, & veram adimunt animis ſalutem.
Huiuſmodi autem excellens virtus, *De baptiſmi immẽſo beneficio Chriſtiano populo exhibito.*
quæ noſtri baptiſmatis aquis communi-
catur, non vni communicatur piſcinæ,
ſed omnibus aquis: neque ſemel aut ite
rum, ſed quoties illa eſt opus: neq; Ange
lo è cęlo miſſo, ſed diuini gratia ſpiritus,
dono donorum omnium precioſiſsimo:
neque ſanatur qui primò intingitur, ſed
omnis qui intingitur, á quacunq; animi
infirmitate detineatur: vt in illa, á qua-
cunq; detineretur infirmitate corporis.
Quæ cum ita ſint, mirum eſt, quod no-
ſtrum quiſq;, tám innumeris tamq; co-
pioſis & excelſis gratus beneficijs, non *Pſal. 33.*
dicat: Benedicam Dominum in omni

pore, ſemper laus eius in ore meo. Ex
de item, quod cùm omnes poſſet ſa
ea facilitate qua vnum (quemadmod
Matt. 8. & qui alterum mundauit leproſum, m
Luc. 17. dauit decem, & mundare potuiſſet in
meros) vnum tantum ſanare voluit
quia hic, nimia ſua patientia magis
dignus beneficio & maiorem vtilita
capturus ex illo, aut quia alijs vtilius
vt malè illorum corpora haberent
mi: & quod illis (vt ita dicamus) fort
*Cur ſanatur vnus* in ſuorum facinorum pœnitentiam
rat á Deo conceſſum, nondum fuerat
pletum. Tandem & á Deo immiſsi e
morbi, qui immiſsionis & ſanationis
pora ipſis patientibus commodiora
uerat, & qui ſanitatis autor futurus e
qui quemadmodum in ſapiētia omn
cit, fecit & illud.

*Modum in conferēdo beneficio obſeruatum expende.* Sed ordinē expende conferendi be
cij, vt reſcias, adhuc in conferendis ſu
dijs, & eleemoſynis, ordinem placere
in quo minori cū periculo errari pot
Si benefeceris, ſcito cui feceris, & e
Eccl. 2. gratia in bonis tuis multa. Non deer
Deut. 15. pauperes in terra habitationis tuæ: ide

co

o, ego præcipio tibi, vt aperias manū tuā
ratri tuo egeno. Vides quomodo prępo
ędi ſunt iſti reliquis, & exercēda in il-
os prius miſeria, quos non ſine ratione
Deus voluit tibi eſſe aut cōiūctos aut vi Iob. 4.
inos? Et ſi veriſsima ſint illa Thobiæ, &
illius animo digna, Ex ſubſtātia tua fac
eleæmoſynā, & noli auertere faciē tuam
ab vllo paupero: ita enim fiet, vt nō auer
tatur á te facies Domini. Faciendi autem
illā hilariter oſtendit, dū quodāmodo be
neficiū nō petenti offerens, vt accipiat ro *Hilaris ſubuentio grata Deo.*
gere videtur illū. Vndè ſemper mihi gra
tiſsima fuere illa ſapientis: Declina pau-
peri ſine triſtitia aurem tuā, in omni dato
nō des triſtitiā verbi mali: nonnè ardorē Eccl. 4. & 18.
refrigerabit ros, & verbū melius q̄ datū?
Et Paulus, Qui miſeretur in hilaritate. Rom. 12
Et alibi, hilarē datorē diligit Deus. Iſta
omnia vt doceret diuinæ autor doctrinæ
Chriſtus, expende, quid in huius paraly- 2. Cor. 9.
tici fecerit ſanitatem: nihil enim ab illo
aut dicitur aut fit, ꝙ nō ſit magnis plenū
myſterijs. Erat autē quidam homo ibi, tri Text.
ginta & octo annos habēs in infirmitate
ſua, hūc cū vidiſſet De⁹ iacētē & cogno

uiſſet

uiſſet quia iam multum tempus ha
ret, dicit ei: vis ſanus fieri? Erat hic ho
omni humano auxilio maximè inte
nes iacentes deſtitutus, vt pote qui
ſibi ipſi ſubuenire poſſet, quia iace
& paralyticus erat, neq; hominem h
ret, tanta erat illius miſeria: qui diu
& maiori cũ patientia aquę motionẽ
pectauerat. Erat illius morbus grauio
magis inueteratus, & in quo diuina
rat magis manifeſtari virtus. Tu et
(ſi placet) in iuuandis miſeris tanto
tibi commendatis, hunc ſerua ordin
magis deſtitutis & qui magis tuo eg
auxilio, in primis, tu animo ſubuen
pio & liberali.

*Expendẽda in paralytico.*

*Ordo in benefaciẽdo ſeruandus.*

Clementiam Ieſu quis non miret
qui miſero & calamitoſo ſpectato ho
ne, de ſua ſtatim agit ſalute? Potent
quis non miretur, quandò languida m
bra, debilia & marcida, ita ſoluit á m
bo & ſolido dicto, vt nõ contentus q
ſanitatem ita deſideratam ſuo iuſſu re
peraſſet infirmus, vires ſuppeditauerit
grabatum qui tot illum portauerat an
præ imbecillitate & morbo, præ ſal

*Multa de Christi clemẽtia conſideranda.*

re valuerit illum? Quis radijs ſpectatis
olis, illos Solis non dicat eſſe? Quis ver
is ſpectatis, quibus obędiunt omnia,
erba Dei eſſe non dicet? qui dixit & fa-
a ſunt. O egregiam magni Auguſtini
ntentiam: Quod vides, homo eſt, quæ
atem ab illo tanto cum imperio fiunt,
ei ſunt: vide ne in homine lateat
eus.

*Pſa. 72.*

*Aug. 32*

*Rogo lege illam.*

Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, &
ibſtulit grabatum ſuum & ambulauit,
bſequutus eſt morbus & receſsit: ſani-
is, & venit: homo & ſubſtulit grabatum
ium & ambulauit. Quòd ſi certiſsima
it de illius immutabilitate dicta, Initio
a Domine terram fundaſti, & opera ma
uum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt tu
utem permanes, & omnes ſicut veſti-
hentum veteraſcent: & ſicut operto-
ium mutabis eos & mutabuntur, tu au-
im idem ipſe es: ſi idem eſt, eadem eſt
llius bonitas, eadem clementia, & ea-
em in verbis illius ineſt virtus. Tu vi-
es, ò Ieſu, iacentes, & cognoſcis, quia
im multum tempus habent, dic ex tot
acentibus cuiquam, Surge & ambula:

*Text.*

*Expende quæ multa fuerint obſequuta Chriſto.*

*Pſal. 101*

Sed

Sed quia illius in primis opus eſt vo
tate, interroga illum, Vis ſanus fieri
Vide vt præoccupet, qui te concupi
*Sap. 6.* reſponde. Quid enim veſanius his
hominibus, ſi interrogatis illis, ſani
lent fieri, & ab illo qui ſanitatē va
impertiri) cunctarētur aut morā fac
in reſpōdendo? aut quis illorum ita
aut ſua cæcitate claudicatione, arid
aut paralyſi contentus, vt ſe nole fier
nū reſpondiſſet? Si tua tibi cęcitas d
cet, ſi claudicatio, ſi ariditas, ſi paral
reſpōde: & ex animo reſpōde, alioqu
*Audiat homo & diuinis verbis ac iuſsis obtēperet.* ſanaberis. Surge igitur, qui tot anni
miſerè iacueras, ſurge á deplorandæ
ſuetudinis miſerando luto: ſurge, d
tibi opē qui imperat, ſurge, & tolle gr
tum tuū & ambula. Non iā te in pri
morbum ferat conſuetudo, ſed ſan
fer illā: ſurge, & tanto beneficio ita
*Text.* gratus, vt te iam Ieſus inueniat in
*In quo loco reperiēdus quip pœnitentiā egit.* plo gratias illi agens, non in locis in
tua te ferebat cōſuetudo, ſed in tem
in quo dicētem illum audias. Ecce ſ
factus es, iam noli peccare ne det
aliquid tibi contingat. Quod vtinā
lus ope præſtemus, vt æterno illius conſ
ctu gaudeamus, quo gaudent nō pec
antes. Amen.

## BREVIS ALIA EVANgelica conſideratio.

*Cur in piſcina miraculum.* IN piſcina vbi erat aqua operatur miraculum, vt & ſe, deſcendentis Angeli Dominum oſtenderet, & qui illius motione, aquæ virtutem largiretur: & aqua & angelo ſe potentiorem oſtendens: vt pote qui, nullis adhibitis humanis remedijs, dicto ſanaret.

*Cur turbatur aqua.* Sed vt quid turbatur aqua? nonnè cùm purior illa eſſet & lucidior commodior ad ſanandum videretur quám turbata? Planè, vt diuinę potentia virtutis, magis fieret conſpicua: quæ, turbata aqua, (qua infici ſolent homines) & mundabat & ſanabat: diuerſis ab illorum ſapiētia vt in plurimum vtens medijs: vt in omnibus dicere poſsit homo, Eleuata eſt magnificentia tua ſuperme, confortata eſt & non potero ad eam. *Pſal. 138* Quam profundæ ſunt cogitationes tuę dn̄e, vir inſipiēs *Pſ. 106.* nō cognoſcet & ſtult⁹ nō intelliget hęc. Et

Et ſe illi ſummittens concludat: De
Deut. 32. fecta ſunt opera, & omnes viæ eius
cia. Quibus ſolet terra ſterilis fieri,
ille vtitur vt fructifera fiat. Sal imm
tur vt in frugifera fiat, Ecce habit
4. Re. 1. huius ciuitatis optima eſt, ſed aquæ p
mæ ſunt & terra ſterilis. At ille ait,
ferte mihi vas nouum, & mittite in i
ſal, &c. Sanaui aquas has, & non er
eis vltra mors neq; ſterilitas. Cum in
Iudi. 7. hoſtis, innumeræ ſi fieri poſſent co
cogerentur ab hominibus, vt fugare
vt ſubiugarent illum: at Deus, poten
mo imminenti hoſte, & militum mu
tudine innumerabili, & diſcedere iu
& vt Gedeon permittat milites abire
lagenis armat illos: res humano exiſt
ta iudicio prodigioſa. Et ſiquis quod
illo, prophetis vè ſuis præcipitur, hu
no iudicio examinat, beneficio defra
tur, niſi reſipiens ſuam ſapientiam il
iuſsioni ſubmittat, quamuis ſuæ illa
4. Re 5. ſonet rationi: vt euenit Naaman S
Auſcultemus Magno Auguſtino, d
Aug. li. mus aliquid Deum poſſe, quod no
83. quæ. teamur inueſtigare non poſſe, in re
ci

In rebus enim mirabilibus, tota ratio fa
ciendi eſt potentia facientis. In manu Num. 17.
frondet, cum illi placet, arida virga, &
ſuos á leonibus vinci non permitit, &
cyniphibus vincit non ſuos. Non diſſi
milia ſunt, luto, cœco lumina reddere, 1. Re. 27.
non pura ſed turbulenta aqua ſanare. Exod. 8.
Sanet ille nos á peccatis, diuina ſua gra-
tia vt fruamur gloria. Amen.

## *SALVTATIO.*

*AEGregia nobis, ad diuina impetranda beneficia, magiſtra Cananea eſt. Petit enim illa, & humiliter, & conſtanter, & confidenter. Et petit digna Deo. Et ex miſericordia petit. Nos ſi ita petiuerimus, optata obtinebimus, vt obtinuit illa: & præſertim ſi non ad inanem hominum applauſum, ſed ad liberandos vexatos a Dæmone petiuerimus illa. Liberantur autem, diuinæ prædicatione doctrinæ, & diuina gratia. Quam vt nobis obtineat, precemur ſuauiſsimam Virginem. Aue Maria.*

# THEMA.

## Miſerere mei fili Dauid lia mea, &c. Matth. 15.

### DE CANANEA.

QVOD cedros ferat li nus, quod lignum ſecu curſus aquarum conſitu fructus ferat, quod terra miſsionis, lacte & melle non videtur mirum: quod autem du mæ rupes, cedros ferant, quod ſterili ra, lacte & melle fluat, quod lignum arida terra conſitum, proferat am fructus, id ingenti poteſt eſſe admira ni. Quod ex Iſraele fœmina ex cedro ſimilis animi celſitudine, neq quam mirum erat, populus ille, liban ligno ſimilis ſecus decurſus aquar conſito: neque mirum (ibi enim d

*Pſal. 1. num. 13.*

*Mirabilia quia rara.*

æ legis fluebant aquæ) quod terra illa irtutis, lacte & melle flueret. Sed quod ta ferat fœmina, inter rupes, in terra terili, ab aquis elongata: hoc magnæ dmirationis eſt. Quòd quæ naturalia uodammodo ſunt fœminæ, in hac ut illa ſplendeant magis, vt honeſtas, udor, ſilentium, cura nominis, non eſt mirum, quemadmodum neque quod rudentia, conſtantia, fortitudo, Sapien ia in viro: (naturalii enim & quodammodo adnata ſunt iſta ſex viro) quod autem clauo transfigiat caput, idque Regium, fœmina quæ animo linquitur, d inſolitum ſtrepitum: quòd in armatas barbarorum hoſtium copias prodeat lla, & magni ducis, euaginato gladio, caput præſcindat, & in ſportulam animoſa conjiciat & ferat, iſta mirabilia ſunt. Quæ igitur magnæ ſunt hodie admirationi, quod tanta, tam rara, tam inſolita, & ſuprà mulierum conditionem inueniantur in fœmina, eaque non Iſraelitica, diuinis aſſueta eloquijs, ſed Cananea. Non enim ſine ingenti ratione, poſtquā euangeliſta dixet,

*Iudit. 4.*

*Iud. 13.*

*Patria & natio.* Ecce mulier (quod ſufficere videba[…] adiecit, Cananea. Adiuuat enim n[…] aut impedimento eſt, natio, & patria[…] dè non immeritò, ſacræ literæ (quæ[…] nihil parui pendeant, quod non ſit c[…] tempta dignũ, nihil magni habent q[…] dignum non ſit pretio) de patientiſ[…] Iob, ita loquuntur: Vir erat in terra […] *Iob. 1.* nomine Iob, vir iuſtus & timens De[…] Et in illorum expoſitionem, ita mag[…] *Greg. lib. 1. in ca. 1. Vide illud.* loquutus eſt Gregorius: Neq; enim […] de laudabile eſt, bonum eſſe cum bo[…] ſed bonum eſſe cum malis: lege reliq[…] Vndê & idem, Frater fui Draconum […] *Iob. 30.* ſocius ſtrutionum. Hinc magnæ d[…] gloriæ magno Thobiæ, quod cùm in[…] omnes ad vitulos aureos quos Hie[…] boam fecerat Rex Iſrael, hic ſolus […] giebat conſortia omnium, & perge[…] ad Hieruſalem ad templũ Domini. I[…] *Iob. 3.* eſt ſpecioſa & nimis grata Deo, á mu[…] tudine non vinci & commertio imp[…] rum non inquinari, Et quæ quodãmo[…] miraculo dari poſsit & diuinæ poten[…] ſuorũ ꝓtectrici attribui: vt triũ adoleſ[…] *Dan. 3.* tũ corpora ſeruata á camini flãmis ille[…] Se-

*Cur ſecedit Chriſtus in partes Tyri & Sidonis.* […]ecedẽte igitur Chriſto in partes Tyri & […]idonis, quodãmodo & Iſraelitici popu[…]i ingratitudine offenſus, & tædio affe[…]tus illorũ raros in religione prouentus […]pectans, tám aſsidua illius prędicatione […]x miraculorũ operatione frequẽti, & ter[…]æ illius ſterilitatẽ demiratus, quæ toties […]electiſsimo ſeminata ſemine proferret […]ribulos, pinguis & frugiferę terræ partẽ […]uærens aliquam, quæ ſeminata optatos […]erret fructus: norunt certiſsima eſſe illa […]hryſoſtomi, Concionatores, imo ſi ſe[…]men per te iactum auditor nõ receperit, *Chryſoſt. concio. 2. de Lazaro, vide dolor piorum concionatorum.* […]eq; tu cõmunicati conſilij mercedem […]mittes. Sed non poſſunt non dolore affi[…]i tanti iactura ſeminis, & tam pretioſo[…]um medicamentorum applicatione inu[…]ili: dolereque huius non balſami, ſed […]iuini liquoris effuſione, & ineſtimabi[…]ium margaritarum conculcatione facta *Matt. 13* ab hominib⁹ porcis ſimilibus, ocio, ſom[…]no, ingluuie & cæni delectatione, & ma- *Matt. 7.* ximè recordantur, quod illa facientes, fratres illorum ſunt, & vnius membra *1. Cor. 12* corporis. Cupiunt iſti aliquando in Tyrios & Sidonios ſecedere, magiſtri facti

 imita-

imitatores. Sed iam mulierem au
mus loquetnem: quam dicas &
& philoſophiæ, & benedicendi art
ram dediſſe, ita & loquitur, &
& colligit, natura magiſtra, filiæ &
ceſsitate & amore excitata: aff
ex ſe potentiſsimi, & qui mutos
dammodo faciunt loquentes, & ſa
tes ignorantes. De finibus illis
ſa, & de mulieris etiam egreſſa fi
(vt conſtabit) clamat. Miſerere
fili Dauid. Progenitoris facit illa
tionem, quem audiuerat eſſe i
lamitoſos homines benigniſsimum
adquē, præ clementia illius, omn
erāt amaro animo & oppreſsi ære al
confugiebant: vel ſacra illius id att
te hyſtoria, clamore, doloris acerbi
explicat. Non enim in clamorem
punt, qui leni aut morbo, aut dolor
xantur. Sed cruciabat nobilem fœ
filiæ vexatio miſeranda: non enim
bat illam calculi dolor, aut febris
ſed vexabat Dæmon: quæ quanto a
ta magis à ſenſu erat moloſt à Dem
tanto plus materna viſcera dolori

*Affectus potētiſsimus amor filiorum in matre*

*1. Re. 22.*

*Clamor quid indicet.*

..., non dicam tangebantur, ſed cru
ciabantur. Nota ſunt matrum in filios
viſcera, abundeque nobis effuſsi ſui
moris & priſca, & recentia tempora *3. Reg. 1.*
exempla ſuppeditant: Vt Sarræ in Tho *Job. 7.*
biam, Rebecæ in Iacob, Betſabe in Sa *Gen. 27.*
lomonem, Agi in Adoniam. Sed neque *3. Reg. 1.*
ſententiæ graues, neque rara materni *Eſai. 49.*
moris exempla ita matrum in filios fer
ventem explicant dilectionem, vt illa
prophetæ, quibus diuinam dilectionem
in homines, quæ ſumma fuit ſemper,
maternæ dilectioni comparauit, & pro
re vix contingibili, dixit: Nunquid
obliuiſci poteſt mater infantem ſuum,
vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi
illa oblita fuerit, ego tamen non obli
uiſcar tui.

Sed multarum amor, & ſi feruentiſsi
mus eſt, inuerſus eſt, ita: neque enim
liberos amant, ad ea quæ vera ſunt dig
na amore: neque illis procurant, quæ pia
rum matrum ſunt digna ſtudio: neque ſi
quid, quod vera bona ſapiat, cōtingit illis *Inuerſus*
quo debent modo gaudēt: neque ſi quid, *matrum*
quod verè ſit aduerſitatis, dolēt: ſolo cor *amor.*

 poris

poris, corporeæque vitæ, rei, & ho...
occupatæ amore, in hoc aperte ma...
ſtantes, quod ſolius corporis ſunt ma...
non animæ: quando neq; bonis illi...
tantur, cùm obueniāt filijs, neque ...
dolent, cùm illis contingunt. Hæc ...
re & ſapienter mater erat, quæ & co...
ris & animi filiæ tantoperè dolet vex...
nem, & illi curat remediū, is verè a...
eſt qui neq; ocioſus eſt, neque ad com...
*Verus amor qui.* da filiorū torpet, neque quærit illa à ...
zebubt Deo Acharon, aut phiton...
ſed à Chriſto cuius potentiam & cle...
*4. Re. 1.* tiam audierat illa.

Sed cur à lōgè clamat, præ humili...
& animi ſubmiſsione, acceſſu ad ...
ſtum ſe reputans indignam, ac ſi co...
*Humile grati Deo.* illa eſſet nullis illū magis oblectari ...
humilibus, nulloſque ſibi magis ch...
quàm humiles & precum humilium ...
lum eſſe exauditorem, neque quid...
quod magis ab illo beneficia aut i...
tret, aut extorqueat quàm humilitas, ...
voluiſſet illa animo, & de Chriſto no...
prenūciata, reſpexit in orationē hum...
*Pſa. 101.* & nō ſpreuit preces eorū, excelſus D...

neque tantum illius celſitudo impedimē *Pſal. 112*
tum illi eſt, quo minus humilia reſpiciat,
& alta à longe cognoſcat, magna poten-
tia Dei ſolius, cumque tanta illa ſit ab hu *Eccli. 3.*
milibus honoratur. Sed quid clamat au
dimus, ſonant diuinis auribus humilimo
di clamores omni muſicæ concentu ſua-
uius, illis enim homines miſeriam ſuam, *Quid ſuo clamore oſtendit Cananea*
deſtitutionē, inopiam, & calamitates cla-
mant, clamant etiam diuinæ benignitatis
potentiam & miſericordiam quam ſolam ui
dentur & norunt potentem eſſe ad ſub-
ueniendum illis, iſta reſciens tam erat in
clamando ad Deum frequens Dauid: cla
maui ad te domine, & dixi tu ſpes mea, *Pſa. 141.*
portio mea in terra viuentium: & quan-
to cum fructu clamaret millies explicuit,
ut notum fieret non grauari noſtris cla-
moribus Deum, ſed oblectari, voce mea
ad dominum clamaui, & exaudiuit me *Pſal. 3.*
clamaui ad te qui exaudiſti me, clamaui
ad te & ſanaſti me, hinc ingenti concepta *Pſal. 16.*
de diuina clemētia fiducia ait à finib9
terræ ad te clamaui dum anxiaretur cor- *Pſal. 29.*
meum. Neque Dauid hoc tantum inge- *Pſal. 60.*
nio eſt vſus, ſed & omnes qui diuinæ be-

nignitatis norunt ingenium, vt cõſta
illis: aſcenderunt ſatrapæ Philiſtin
quod cum audiſſent filij Iſrael, ti
1. Reg. 7. uerunt á facie Philiſtinorum, dixeru
ad Samuelem: neceſſes clamare pro
bis ad dominũ, Deum, noſtrũ, vt ſa
2. Par. 15 nos de manu Philiſtinorum, Aza
cũq; reueuerũ fuierint in auguſtia
Et clamauerunt ad dominum Deum
Nume. 2. rael & ex quiſierunt eum, reperient e
Clamauerunt in tempore tribulatio
clamauit ad Deum omnis populus
Iud. l. 4. ſus ab Holoferne, Afflicti filij Iſr
clamaueruntque ad Deum, neque i
nes aut ſine fructu ſunt huiuſmodi
Heſt. 11. mores, vt fuere illi de quibus irriden
pheta Elias aiebat ad falſos Achab
phetas clamate voce maiori, Deus e
3. Re. 18. veſter eſt & forſitan loquitur, aut i
uerſorio eſt, aut in intinere, aut certe
mit vt excitetur veluti iſta omnia
ciens clamat Cananea: miſerere me
Dauid filia mea &c. Sed quantam
uet in loquendo & prædicando prop
Expende. tatem mirari licet: miſerere (inq
mei, acſi dicat miſeria mea miſericor
indi

indiget, hancò clemens á teposco, nihil
mihi meritiſq; meis neq;.n. mite vię, &
conceptę de te fiduciæ attribuo, neq; tãto
me beneficio vlla ex parte dignam agno
ſco, totũ tuę miſericordiæ attribuo, & il-
lius opem imploro. Egregius & miro mo
do gratus modus impetrandi á Deo be-
neficia iſte eſt, & in noſtris quibuſcum-
que calamitatibus auxilium conſequen
di. Hinc Dauid propter nomen tuum Pſal. 24.
Domine propitiaberis peccato meo, &
Daniel propter temetipſũ inclina Deus Dan. 9.
autem tuam & audi, neque enim in iuſti
ficationibus noſtris proſternimus pre-
ces ante faciam tuã, ſed in miſerationib⁹
tuis multis. Et Eſaias: & nunc Domine
pater noſter es tu, nos vero lutum & ope Eſai. 64.
ra manuum tuarum omnes nos. Neque iſta
tãtum diuinæ tribuunt miſericordię, qui
ſapiunt ſed & illa: deduxit me per ſemitas
iuſtitiæ propter nomen ſuum. Hac ergo. Pſal. 12.
maturitate iudicij prædita fœmina miſe
bat ignis materni amoris illius verba ſũt
ricordiam implorat, ſed quod abũde pro
quibus ita diuinã clemẽtiam impetrare la
borat, miſerere mei fili Dauid; expẽde mei
dixit

dixit, cum tamen filia eſſet quæ vexa
*Vis amicitiæ.* tur, non filiæ ſed propria illius mala
ſens, neque mirari oportet quod iſta
ſit maternus amor, omnes amores ſu
*Ariſtot. Eth. c. 9.* rans, cum id poſsit amicitia, cum vera
de qua illa ſunt, amicus alter ego, cu
id parum videretur, alius ita corrigit,
*2. Cor. 11.* ego. Sed excellit omnes qui diuinus
*Amor Pauli in ſuos maternũ amorẽ ſuperat* vnde Paulus non dixit tantum, quod
xiſſe viſa eſt Cananea, quis infirmatu
ego non infirmor? Quis ſcandalizatu
ego non vror? Sed quod iſta ſupra m
ſuperat, cupio impendi, & ſuper imp
di pro animabus veſtris, vides non ta
*1. Cor. 12.* idem ego eſſe (vt dicunt cum ſuis) q
explicuit cũ dixit quis infirmatur: ſed
ipſo plus illos diligere cum impẽdi &
perimpendi pro illis cupiat, cumque
rariſsima ſint cum de corpore corpor
*Rom. 9.* vita ſint illa: rogo perpendas illa, o
tabã ego anathema eſſe ꝑ fratribus m
ſed dilectionum huiuſmodi voces tam
ſunt apud nos derelictæ, minora illa ſ
*2. Cor. 12.* & ab eodem Apoſtolo dicta non quæ
quod mihi vtile eſt, ſed multis vt ſal
fiant, & tamen ſi á quopiam præſtant

ſũt vt proprius loquar præſtarentur, cum
tamen deberent ab omnibus præſtari, ſi-
mili fruitione gaudẽtibꝰ, darẽtur illa mi
raculo & æneis mandarentur literis: ita
refrixit diuinus in nobis amor, quem in-
cenſum ſemper optabat Chriſtus.

Cananea materno loquens affectu, pro-
prium habens malum ꝙ erat filię, clamat
miſerere mei fili Dauid, filia mea male á
Dęmonio vexatur. Sed quorſũ clamat &
filiæ mala prędicat ſi nouit quis eſſet ille,
acquantus, ſi enim quam debuit de Chri *Pſal. 81.*
ſti maieſtate habuit opinionẽ, reſcire te-
nebatur cogitationes cordis illũ audire, *Pſal. 99.*
& præparationem illius, & non eſſe illi
opus clamore, neque vexationis filiæ ma *Heb. 4.*
nifeſtatione, cũ omnia oculis illiꝰ eſſent
nuda? Et ſi omnino nouiſſet & certiſsima
eſſe crederet quæ de illius rerũ omnium
notitia diximus, Clamaret illa & filię do *Cur ad Deum clamamus expende.*
lorem manifeſtaret, nam etſi non eſſent
illa opus illi, ſunt opus nobis, qui nobis
ipſis loquendo innoteſcimus, & quibus
vexemur malis manifeſtamus, & quanto
pere pendeamus ab illo notum facimus,
& quanta ſit illius pietas, clementia & vir
tus

tus prædicamus, & a nobis voces ill
*Pſal. 3.* cit & noſtris vocibus dilectatur, vnd
multoties Dauid voce mea ad dñm
maui. Et exaudiuit de templo ſancto
*Aba. 1.* vocem meam: & Abachuch vſque
domine clamabo & non exaudies v
ferabor ad te vim patiens & non ſalu
clamemus igitur ad Deum & noſtros
labores etſi notiſsimi ſint illi coram
*Pſal. 61.* manifeſtemus omnis congregatio p
li offendite coram illo corda veſtra,
que coram illo in Dæmonis vexatio
quibus nos miſeros miſera noſtra c
vexat, ſed coram ſacerdote illius v
fungente priuatim nimio cum dolor
animi ſummiſsione illa dicamus.
mea male á Dæmonio vexatur. Ga
maxime diuina pietas. Cum in quoc
*Gaudet noſtro ad illum confugio Chriſtus.* que euentu etſi leuis ille ſit ad illam
fugimus, hoc enim & fiduciæ iudic
eſt, & ſpei & dilectionis: ſed magis g
det cum in illis ad illum accur rimus
lis in quibus humana omnia ſubſidi
ſunt, & ſola diuina, ad illorum ſub
*Expende.* tionē ſunt potentia, tunc enim & fid
noſtra maior eſt & potentiæ illius co

io, & manifeſtatio maior & ampliorem
habet locū miſericordia illius quæ tanto
bere in nos miſeros cupit ſe ſe effūdere,
huiuſmodi autē mala, animi mala potiſ
ſimū ſunt quæ explicant huiuſmodi De
monū in corpora vexationes in his igitur
non matres tantum pro filiabus, non pa
res pro filijs, ſed quotquot deliquimus
omnes & dęmonis in nobis vexetationes
patimus ocurrere ad illius miſericordiā
debemus, non ſilebit ille: nō differet no
ſtras petitiones, vt nō ſine miſterio cū Ca
nanea fecit, ſed cito anticipabit nos miſe *Pſa. 78.*
ricordia ſua. Sed animo voluite quantā *Matt. 8.*
in Chriſto optimo maximo potētiā ado- *Luc. 5.*
rabatur Cananea, quādo potētē illum ad *Luc. 7.*
expellēdos Dęmones agnoſcebat: quorū
apud illos tanta poteſtas erat, ſedatio. n.
maris, leproſorū mūdatio, ſuſcitatio mor
tuorū, minora videri potuerūt etſi maxi-
ma fuiſſent illa expulſione Dęmonū, ſed
iſta de Chriſto clamans fatetur Cananea
& non reſpondet ei verbum. Cum alieni
genis ò bone ſolet principū humanitas
magis manifeſtari, & potiſsimū cum de
principe & maxima audierunt, & conce
perunt,

perunt, & honora iſta illos atraxit
3. Re. 10: vt dicere cum Regina Sabba valean
ior eſt ſapiētia & opera quiam rumo
Pſal. 16. audiui. cur igitur qui mirificas miſe
dias tuas, qui ſanas cōtritos corde, &
Pſal. 146 gas cōtritiones illorū qui laborantes
inuitas, & veniētes reficis, & qui ad
Mat. 11. mantes numquam dimitis confuſos,
ò bone non reſpondes illi verbum
alicuius auditor eſſe gaudet ſilet,
*Cur Cananeæ non reſpōdet Chriſtus.* Chriſtus cuius ſapientiæ non eſt
rus auditor vult eſſe ſapientis huius
lieris & ideò ſilet, cedit illi locum
bono theſauro cordis ſui proferat il
na omnibus ſæculis vtilia, quæ ſi ex
Mat. 12: uidico pectore, aut Solomonico, fu
admirationi vt principio diximus,
tantum ſilentio Chriſti linquitur illa
mo. Spem deponit etſi quod mirabil
*Spes Cananeæ.* ſu eſt, videat ſilere verbum & his qu
Chriſti clementia audierat contrari
nire, quæ ſuper erant vt quiuis anim
rilis commoueretur. Audiuerat om
ſanaſſe paralyticum è tecto demiſſum
Matt. 9. minē pro illo interpellante, audiuera
lium ſuſcitaſſe viduæ. Miſericordia



illis precibus interpoſitis, audiuerat
omini á natiuitate cæco viſum reſtituiſ *Luc. 7.*
, neque illo neque pro illo alio de pre-
nte & innumera ſimilia iſtis, nunc ne
ne reſponſo fuiſſe illā dignatum. Et ac *Joan. 9.*
edentes diſcipuli rogabant eum dicen-
s dimitte eam quia clamat poſt nos, ec *Text.*
e apoſtolorum viſcera quam ſint in ſu-
uentionē prona pauperū, & quomodo
m ſuo incipiebant apud Dominū mu- *Apoſtoli*
ere fungi, quo & in terris & in cęlis ſem- *caviſcera*
er erant functuri, hæc enim ſemper mi
i ſententia magis placuit, quā illorum *Principes*
ui tantum, vt euitaretur illius, clamor *homines*
ctum dicunt. Accedunt illi ad Domi *homines*
um & non rogati, roget quid hodie cœ *habuere*
ſti agent in curia cum rogamus illos, *priuato*
noſtros apud diuinam clementiam & *modo ca*
tronos & interceſſores optamus. Ha- *ros, Chri*
uere humani principes viros ſibi magis *ſtus ha-*
haros & apud illos autoritate gaudētes, *bet ſan-*
abuit Aſſuerus Mardocheum, Pharao *ctos.*
oſeph. Darius Danielem, Dauid Ioab. *Gene. 41.*
Habet habuitque ſemper Deus ſuos Da *Heſt. 6.*
nieles, ſuos Mardocheos, quorum ille *Dan. 6:*
precibus gaudet & quorū orationes ope *Heſt. 6.*

*Gene. 41. 2. Re. 18 Bernard. Vide Bernar ſerm. in vigil. Petr. & Paul. & ſerm. de S Victore & in. Hom. lib. 66. ad popul. & Aug. lib. de ciuit. Dei. 20. cap. 1. & Leo ſer. 1. & 2. de Pet. et Paul.*

rātur mirabilia; vnde egregie Bernardus, ſummopere nobis deſiderada ſunt ſuffragia ſanctorum, vt quod poſsibilitas noſtra non obtinet eorum interceſsione donetur & iterum tria ſunt quæ in feſtiuitatibus ſanctorū vigilanter conſiderare debemus, auxilium ſancti, exemplum eius, & confuſionem noſtram, auxiliū eius qui qui potens eſt in terra, potentior erit in cœlis ante faciem domini ſui, ſi enim hic dum viueret miſertus eſt peccatoribus, & orauit pro eis, nunc quanto amplius, quanto verius agnoſcit miſerias noſtras; orat pro nobis Patrem qui a beata illa Patria charitatem eius non mutauit, ſed augmentauit. Ipſe autem reſpōdens ait: non ſum miſſus, niſi ad oues que perierunt domus Iſrael. Hoc reſponſum exhibitum videtur Apoſtolis, vt quātum in Iſraelitas ſeretur amore, manifeſtaret quando quidem tentiō erat in miraculis ædendis Solem emittendis radijs, ſe non miſſum dixit niſi ad oues Iſrael, & illos omnium non dignas & ſe illorum paſtorē prędicat, & ad id ſe miſſum ab æterno Patre denuntians, & illo erga illos eſſe affectum declaraſs; quæ omnia mirabilia erant, & quaſi á nobis eſſent excutienda longiſsimo eſſet opus tempore, Atquid ad hæc Cananea, diſceſsit dolens, mœrens & contrita, quod modo mirabili ſi ita ſanctè videret conuerſum mare in aridam, & terram fructiferam in ſalſuginē, minime. quid igitur fecit? Expende: at illa venit & adorauit eum dicens: Domine adiuua me, conſtantior, firmior, & ſapientior Naaman Syro Aſſyriorum principe, etiam ſi vir ille erat, & princeps & qui ſua non contentus autoritate, literas ſecum Regias tulerat, vt á propheta lepræ impetraret mundationem, non dicitur quod non reſponderit ei propheta verbum, vt dicitur de Cananea, ſed quod fuit illi dictum vade, & laua ſepties in Iordane. Non ita Cananea conſtantior, & audacior effecta magis que confidens accedit, adorat, & petit Domine adiuua me, ò quā gaudet huiuſmodi luctamine Deus, quod nobis illud adumbrauit Iacob cum Angelo Quam gaudet ille, non dimitti donec benedicat, quam gaudet qui omnipotens

*Text. Frustra & excel ſa beneficia.*

*Pſal. 65. Text. 4. Reg. 5. Gen. 32.*

*Quomodo vinci gaudeatur Chriſtus.* *Luc.* 18. *Luc.* 11. *Aug. ſer mon. de verb. De. in mon.*

nipotens eſt hoc modo vinci, & qui gaudet huiuſmodi importunitate, quā rū homines offēduntur, nulle ille mo hunc eſſe illius animum voluit eſſe, tel tum. Adducit ille exempla de iudice, jacente in lecto probat opere in Cananea. Egregia ſunt illa Auguſtini, cū quid aliquando tardius dat Deus, commendat dona non negat, deſiderata diu dulcius obtinentur, citò autem data vileſcunt, pete, quære, inſta, petendo, quærendo creſcas vt capias, ſeruat tibi Deus quod non vult citò dare, qui hominum figmenta noſti, imo qui finxiſti illa illorū corda, ipſe fecit nos & non ipſi nos qui finxiſti ſigillatim corda eorum, fragilitatem noſtri fœminei virium debilitatem, inconſtans ingenium, ne quæſo debilibus humeris grauè imponas onus, ne ſuccumbant, nouit qui abſconditorum eſt cognitor, cui non ſunt oculi carnei, neque vt videt ille, nouit exterius eſſe Cananeam fœminam, interius virum, nouit æs eſſe in uitro, & Sanſonis vires in fœmina. Non tentat illam ſupra id quod poteſt, ſed

*Pſal.* 102. *Pſal.* 93. *Rom.* 13. *Iob.* 10.

ne pſæculo fit illa exemplo, & ordinationi. Non in Iſraeliticæ gentis cōfuſionem tantum quæ illo vita agebat tempore, ſed in Chriſtianæ & cum tanta, tam ſtra, tam præclara, tam excelſa contemplentur in muliere quæ rariſsimè inueniuntur in viris, & in muliere Cananea multa, quæ rariſsime inueniuntur in Chriſtiana. Qui reſpondens ait, non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus, humanius fuit ſilentium reſponſo, tacuiſſe humano iudicio fuiſſet melius quam reſpondiſſe, exaltaſſe illos ſuffeciſſet, non depreſſe illam, honoraſſe illos, non in honoraſſe illam, tantum illos extulliſſe gloriam, quam illa illuſtribus filios appellans ſuperfuiſſe, neque demiſiſſe in tantum ignominiam illam, vt non alienigenam, tantum, non obſcurum, & tanto indignam beneficio dixerit, ſed talem quo nomine non ſpecie literarum tantum ſed humanæ honeſtatæ nuntur. Sed quid ad huiuſmodi verborum duritiem illa, efferbuit fortaſſe ira, indignata diſceſsit, alium laborem ſumpſit tem

*1. Cor.* 10. *Text.* *Silentium reſponſo humanius.* *Chriſti, in prouidendis ſuis ſuauitas & ſapientia.* *Pſal.* 21. & *Prob.* 26. *Mat.* 7. *et Phi.* 3.

 pus,

pus, carptum ab illa iter execrans nun-
quaquam noſtrum hoc eſſet ingenium,
qui infirmi ſumus, inconſtantes, vento
arundini ſimiles, qui quauis de cauſa
cendimur & á bonis deſiſtimus. Sed
cit etiam domine nam & catuli edu
micis, micam ſuæ reſpectu potentiæ
tit, micamque eſſe fatetur ad illarum
num comparationem quæ præſtari
ſunt ab illo, cum tamen Dæmonis
ſentia expulſio ſit, etiam domine nam
catelli.

*Mirabile ingenium mulieris.*

*Iudi. 9.*

O quantę ducit glorię hoc modo
á fœminis vinci. Chriſtus aliquando
ducunt hoc modo etiam á fœminis
ci in externis bellis & colluctationibus
gaudet autem Chriſtus quia ſua illius
ctoria eſt, qui in ſe ipſum fragilibus
mis pugnat, ille enim adiuuat, opem
vires ſuppeditat, ſi ſapiens inſipientem
concludat & argumento ſuperet
datur, & ſi inſipiens ſapientem, ſi autem
contentio eſt in negando concedendo
beneficio datur gloriæ in hoc vincib
neficium concedendo, & ita conceſſ
dicens fiat tibi ſicut vis, quod vt æter-
num & æternæ gloriæ nobis conce-
dat faxit Deus.

*Cum vincitur Chriſtus precationibus illius victoria eſt.*

## SALVTATIO.

TOta Chriſti optimi maximi doctrina eo tendit, vt a peccatorum figura, quam miſerè gerimus, in iuſtorum & piorum hominum figuram transfiguremur, ita vt vita noſtra præ candore niteat, noſque ita luceamus, vt præ vitæ noſtræ ſplendore glorificetur Pater noſter qui in cœlis eſt. Ad id magnam præſtat opem Euangelicæ doctrinæ promulgatio. eſt enim illa conuertens animas, eſt præceptum Domini lucidum, ita vt illa promulgari, vt id hominibus contingat, ſine diuinæ gratiæ beneficio non poſſit: efflagitemus illud diuinæ Virginis interceſſione. Aue Maria.

*Matt. 6.*

*Pſal. 18.*

*Pſal. 18.*

# THEMA.

## Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobũ, & Ioannẽ fr[illegible] trem eius, & duxit illo[illegible] in mõtẽ excelſum ſeor[illegible] ſum, & transfiguratu[illegible] eſt ante eos. Matth. 17.

*De transfiguratione.*

APtiſsimum quia tempus [illegible] & ad id potiſsimum ab [illegible] cleſia ſacroſancta inſtitutum & deſignatũ vt homines tr[illegible] figurentur, & multi, qui fu[illegible] eſſe deſinant, alij in meliora tran[illegible] mutentur, agit Eccleſia de Chriſti op[illegible] timi maximi diuina transfiguratione [illegible] quia ad huiuſmodi transfiguratione[illegible] diu[illegible]



diuinam vſus eſt ille oratione, oſtenditur etiam nobis optatum noſtræ mutationis vitæ medium eſſe orationem. Et ſimul ta viderant Apoſtoli quæ diuinitatem Chriſti manifeſtarent, vt morum illius ſupremus candor, neq; enim ita ſancte, ita pie, ita iuſte viuere ſolus homo poterat, neq; ita ſe hominum ingenijs accomodare vt lucraretur illos, de illius enim morum pretio, & perfectione loquens ſponſa dixit, Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ Iacinthis, ac ſi diceret abſolutiſsima ſunt opera Chriſti, & pretioſiſsima; manifeſtabat etiam quæ eſſet illius doctrina de cuius præſtantia Salomon dixit dignisſimè; omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua & omnis philoſophorum ſapientia ſtultitia; vbi Sapiens? vbi Scriba? vbi Inquiſitor huius ſæculi? ideſt vbi hi qui inter gentes Sapientium nomine gloriantur, vbi Iudæorum ſapientes ſcribæ & alij homines ſæculi conquiſitores, qui ſuis omnia argutijs conſequuturos ſperant, nihil enim ita viuidum, ita efficax, ita certum, ita animo iocundum, &

*Aptiſsimũ ad vite ſplẽdorẽ mediũ oratio:*

*Quã multa erant in Chriſto quæ illũ Deũ eſſe teſtabantur.*

*Cant. 5.*

*Sapiẽ. 7.*

*1. Cor. 1.*

 quod

quod feras mutaret in homines, & ſæcu-
li ſapientes incantaret, qui vt aſpides ſur-
dæ non obturabant aures ſuas vt Chriſti
doctrina, illa vera Dauidis lyra non ſe- *Diuinæ præſtantia doctrinæ.*
mel, aut iterum pulſata, ſed ſæpiſſime,
qua non vnus aut alter Saul mitius ſe ha-
buit, ſed ab innumeris Dæmonis vexa-
tiones expulit, illa tuba non Prophetæ *1. Re. 18.*
perſonata halitu, ſed Chriſti ad quam *Eſai. 58.*
non tantum homines in prælium excita-
batur ſed addebatur illis animus, aduer-
ſæq; hoſtium Phalanges pallebant, illa *2. Pet. 1.*
in hoſtium tenebras inextinguibile lu-
men; Tantæ in omnibus præſtantiæ vt
ſinceris notum fieret animis hominem
tanta, talia, tam ſublimia & excelſa ne-
que poſſe loqui, neque poſſe docere, ſed Deū
hominem. Manifeſtat etiam, pluſquam *Virtus Chriſti in ædendis miraculis.*
dilaceratio leonum Sanſonis vires & ani-
mos, ſuffocatio vrſorum agilitatem ani-
mi & robur Dauidis, virtus in ædendis
miraculis, & verum omnium promptū
obſequium Chriſtum Deum eſſe & quia *Iud. 14.*
omnia ſeruiebant illi, & quia dixit & *1. Re. 17.*
facta ſunt; quæ de Deo tantum dicta *Pſal. 118*
ſunt neque de alio dici poſſunt quæ *Pſal. 32.*
om-



omnia & innumera alia etſi ſuffeciſ-
ſent, placuit ei qui omnia ingenti cum
ſapientia facit, vt æterni patris teſtimo- *Expende*
nio firmarentur, adſtantibus aut, quæ
regis proceris, & vt ipſo ita volente e ple-
no diuinitate corpore diuinitatis quidā
radij effulſiſſent, vt ſolent e tenui &
candida nube ſolares radij, vt qui the-
ſaurus diuinus, quæ maieſtas huma-
no illo & candido tegmine tegeretur,
manifeſtum fieret, atque ad tam ingen-
tis myſterij expectationem magnos il-
los elegit viros Petrum, Iacobum, &
Ioannem, quorum vitæ candorem, ani
mi celſitudine, nihil eſt quod magis ma
nifeſtet, quàm quod aſſumpſerit illos *Priuatus in hos tres viros amor.*
Chriſtus, & ad ſupremæ rei aſpectum,
quantæq; eſſent authoritatis explicui etiā
quod aſſumpſerit illos, vt poſtea, vt ocu-
lati teſtes, quæ viderant, quæq; audierant
deponerent, vt plane depoſuere. Quod
vidimus quod audiuimus, ita quod non
erant hi tres tantū de ſupremo conſeſſu &
ſenatu de quo & reliqui erant Apoſtoli, *1. Ioan. 1.*
ſed erant de ſecreto ſupremi Regis conſi-
lio, in quo non humana, nō incerta, aut
homini

hominū gratia agebantur, ut ſolent in
raro in humanis [illegible] conſiliis, ſed con
ta; magna, & diuina [illegible] hominum liber
tem, ſalutem, & gloriam: neque hos com
mendauit Chriſto & charos reddidit no
ro & ſanguis, ſed vitæ perfectio & anim
rum puritas & reliqua quæ diuino illi
beneficio iam contigerant; non enim
audiuimus illum in ſæculi diuites con
ore oculos ſed & ex Dauid oculi eius in
pauperem reſpiciunt, neque illorum vo
cem illum audire, vt audit ſæculum; & in
uentum nouimus in probos pauperes
vt idem dicat vates; deſiderium pauperu
exaudiuit Dominus præparationem cor
dis eorum audiuit auris tua; neque de il
lo dici poſſe quod de ſæculo, neque an
quod in pretio precium habet & illi
honorem defert, audiemus autem hono
rabile nomen eorum coram illo; neque
quod quiſq; ex magnis dominis [illegible]
rum intuitu vnquam dixit Deū de illo
habere ſolicitudinem, audimus autem
ego autem mendicus ſum, & pauper Do
minus ſolicitus eſt mei; non igitur dono
corporis, non genus, non opes, non cog
natio

*Quid reddidit hos tres Apoſtolos charos Chriſto.*

*Pſalm. 9*

*Pſal. 99.*

*Pſal. 71.*

*Pſal. 39.*



natio, ſtultum, [illegible] charos fecit eſſe Chriſto
huiuſmodi Apoſtolos quos pauperes eſſe
ſcimus, ignobiles, mundo contempti-
biles, [illegible] obſcuros, ſed
fecit illos charos probitas, pietas, integri
tas, ſanctitas, quæ in illis diuino beneficio
ſplendebant maxime. Hos aſſumit
ille, inſolentes, ſuperbos, ſceleribus im
plicatos & idola illi mundi ſunt, ob an
tiquas imagines, ob partas quocunq; mo
do opes, ob ingenitam ad lædendū pro
ximos audaciam, & id genus hominum,
hos quos aſſumit, ſed contemnit nihili
ducit, reſpuit. Quin & quod magna di-
gnum eſt admiratione, hac omnino men
te, & hoc animo futuros dicit, qui ſalutē
ſunt potituri æterna. Vnde inter illa quæ
deſiderari dixit, & neceſſario requiri vt
quis cœleſtis regni ſit ciuis, id eſt annume
ratum. Rogarat Dauid: quis habitabit
in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet
in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſi-
ne macula [illegible] ad nihilum reddactus eſt in
conſpectu eius malignus et ſi mundo cha
rus & nobilis honoratus ſit & precioſus;
timentes autem Dominum glorificat, &
ſi obſcu
[illegible]

*1. Cor. 1.*

*Qui ſint a Chriſto contempti.*

*Qui in precio habendi.*

Pſal. 14. ſi obſcuri illi mundo ſint, & ignoti. Ne-
que hos tãtum dixit honorare, magni ha-
bere, ſed, quod omne honoris excedit
culmen, glorificat, neq; mirum quod do-
minus ita iuſtus eadẽ velit præditos ſer-
uos ſuos ingenij conditione, qua præditus
tus ille eſt, ita vt quos odit ille, odio ha-
beant; quos amat diligant, quos habet in
pretio honorent. Præſtitit iſta abunde
Pſa. 108 David. Nouerat Deum propenſum eſſe
Pſal. 33. in viros iuſtos, ita vt de illo caneretur:
Dominus diligit iuſtos, & oculi Domini
ſuper iuſtos, ait ille de ſe, oculi mei ad fi-
Pſalm. 5. deles terræ. Nouerat odio illum habere
improbos, deque illo dic. Odiſti omnes
operantes iniquitatem, de ſe ipſo ita lo-
quitur; nonne qui oderunt te oderam, &
Pſal. 138 ſuper inimicos tuos tabeſcebam, perfe-
cto odio oderam illos, & inimici facti
ſunt mihi. Quo animo ſi omnes homines
*Qui eſsẽt a principibus diligendi: qui habendi odio.*
Reges Principeſq; omnes & Ponti-
fices præditi fuiſſent, quàm eſſent illo-
rum regna beata, & quam floreret in
illis pietas omnis, & religio, omneſq;
vacarent illi cum non contemptos tan-
tum, ſed odio habitos viderent Am-
nos, Achitopheles, Amones & Amo- Heſt. 6.
ni ſimiles conſiliarios. Honoratos 2. Reg. 15
magni habitos: Honorum gloria po- 2. Re 13.
tientes, Ioſephos, Danieles, Mardo- Gene. 41.
cheos, Samueles, videremúque non aſ- Dan. 4.
ſumi ab illis ad grauia negotia & in Heſt. 6.
quibus reipublicæ verſaretur tranquil- 1. Reg. 9
litas, niſi Petrum, Iacobum, & Ioan-
nem. Hoc eſt viros his ſimiles, quod
vel hac tantum expectatione eſſe labo-
rarent illis ſimiles? Neque enim caſu
aſſumpti ſunt iſti: & á Chriſto electi
ſed ad innumeras mundo deriuandas
commoditates, inter quas non eſt in-
ferior dicta. Sed multi contrariam in-
grediuntur viam. Alij cupiunt quidem
recta incedere, & cuique muneri vi-
rum illo dignum aptare, ſed quia ho-
mines ſunt & interiora penetrare nõ va-
lent, neque Deus ſuos illos dignatur elo-
quio vt Samuelem, cenſentes ſe dignos 1. Re. 16.
aſſumere aſſumunt indignos, ita vt ſæ-
pe dicere illi poſsint, quod de Saule 1. Re. 15.
Deus: pœnitet me quod conſtituerim
Saul Regem, quia dereliquit me, & verba
mea non impleuit, pœnitet quod conſti-

*Voces principū non raræ.*

liarum creauerim, quod præſidem, quo[…] epiſcopum, cum videam illos præpoſte[…] ſuis muneribus fungentes, pœnitet m[…] quod aſſumpſerim vt mecum decer[…] rent, & vna mecum de rebus grauiſsim[…] agerent homines rerum ita ſublimiu[…] ſpectationi & determinationi parum id[…] neos.

*Text.*

*Maieſtas myſterij.*

In montem excelſum ſeorſum. Vel i[…] ſo dicēdi modo maieſtas myſterij expl[…] cata eſt quæ ſi excelſa eſſet tantum di[…] ſet in montem, natura enim ſua mos ſu[…] blimis eſt, Sed quia erat myſteriū celſi[…] mū dixit & adiecit excelſum: quia au[…] nō erat myſterium cōmune, neq; vulg[…] dum, ſtatim omnibus dixit, ſeorſum. Ip[…] ſa enim negotiorū qualitas docet quib[…] cum illa ſit communicanda, & in q[…]

*Negotij qualitas quæ exigat docet.*

loco: ſit nè opus Petro, Ioanne, & I[…] cobo viris fidiſsimis, grauiſsimis, equi[…] ſimis, & Domino ſuo amantiſsimis. […] loco ſemoto & abdito. An vero reſ[…] quæ cuiq; ex vulgo credi poſsit. Q[…] enim nullam nobis ſunt paritura mo[…] ſtiam ſi effluant in quodcunque eti[…] fractum vas immitimus; quæ autem p[…] tio[…]



*Expende.*

[…]tioſa ſunt & damnum poſſunt afferre, aut cauſa eſſe nè pateamus commodum, & dolore afficerent ſi effluerent, ad hæc immittenda, vaſa probamus. Seceſsit etiam in montem excelſum, quia oraturus erat, loci enim ſilentium, ſolitudo & aptitudo nimis iuuant orantem: nihilq; diſtrahunt animā hominum frequentia, & multū ſtrepitus. Orabat autē Chriſtus patrem cui per omnia ille erat æqualis, nos Deum qui homines in immenſum excedit, oportet igitur ante quam preces fundamus, hæc tria inter innumera alia quæ eſſent à nobis expendenda, expendamus, matureq; conſideremus, imprimis qui ſit qui orat, aut loquitur, & quocum loquitur. Duo iſta aliqua docebunt: docebunt inquam reuerentiam, attentionem, humilitatem, voluntatis ſubiectionem, & vt digna petamus eo à quo petuntur, qui loquitur homo eſt. Eſt autē vniuerſa vanitas omnis homo viuens, qui loquitur homo eſt. Eſt autem homo ſicut fœnū, & tanquā flos agri ſic efflorebit; dies eius tanquā vmbra prætereunt; qui loquitur homo

*Locus ad iuuat orāturo.*

*Quæ ante orationem expēdenda.*

*Hominis vilitas.*

*Pſal. 38.*

*Pſal. 102*



eſt

eſt animatum lutum, puluis viuus, ac ta-
dein tanquã nihilum ante Deum: Ita v-
dari quodam miraculo poſsit quod ſin-
permittatque tam adoranda, & tremen-
*Dei maieſtas.* da maieſtas cum illa loqui, Deus autem
eſt cui nomẽ omnipotẽs, cuius maieſta-
*Exod.* 15. terram replet, cuius magnitudo omn-
*Pſal.* 71. attingit, cuius Sapientia omnia ſcruta-
*Pſal.* 142 tur, qui omnium greſſus dinumerat, qu-
omnium vias præuidet, qui cogitation-
noſcit delongè, & quemadmodum
mandata ſua vult cuſtodiri nimis, vult
& nimia cum reuerentia á ſuis tractari.
*Diuina reuerentia.* Vndè ad magnates quoſdam qui allo-
quutum illum pergebant calceatis pe-
dibus, dictum, ſoluite calceamenta
*Exod.* 3. de pedibus veſtris: gaudebatque idem
*Ioſ.* 5. gratiſsimis verbis iſtis á quodam prin-
cipe compellari, loquar ad Domi-
*Gen.* 18. num meum cum ſim puluis, ac cinis
illis enim & omnipotens illius domi-
nium fatebatur Abrahã & quis ille eſſet
dicebat. Curiæq; illius ſenes præſtãtiſsi-
mi, quos aquilinis oculis vidit Ioannes
*Apoc.* 4 procidebant viginti quatuor ſeniores an-
te ſedentẽ in throno & adorabãt viuentẽ
in ſæcula ſæculorũ, & mittebãt coronas
ſuas antè thronũ. Expẽdat igitur iſta ora- *Eccl.* 18
turus & tremet, & ſeipſum coſcientiãq;
ſuam excutiet, ſeq; purgabit, ac labia, &
mirabitur, videbiturque illi res certa cũ
ſit, præ magnitudine vix credibilis,
quod tanta ſit ſupremæ benignitas ma-
ieſtatis vt ſuo indigniſsimum conſpe-
ctu, ſuo dignetur, colloquio, dicentem *1. Reg.* 3.
que illum audiat & exaudiat ſæpe, atten- *Pſal.* 84.
dens igitur quis & quid loquatur verba
loquetur pia, certa, grauia & rectiſsimo
pondere examinata, digna diuinarum
attentione aurium, & illo digna petet,
magna quidem & excelſa petetque ſub- *Baſil.*
dens ſe illi: audi Baſilium quomodo
do quis inter orandum non diſtrahe-
tur, principem aliquem aut præſidem
intuens, & cum eo loquens oculos ab eo
dimouere non ſolet, qui non tandem cre-
dibilius eſt intentam mentem habere il-
lum qui Deo preces adhibeat, in eo qui *1. Tim.* 2.
ſcrutatur corda & renes. Et illud acturũ
quod ſcriptum eſt: leuantes puras men-
tes ſine ira & diſceptatione, erit tũc pen-
nata oratio, & quo fuerit humilior vola-

*Oratio quæ pœna ta.* *Eccl. 25.* *Cant. 3.* *Expende orationis commoda*

bit altius; erit ſicut virgula fumum, & aromatibus mirrhæ. Vniuerſi pulueris pigmentarij, erit diuinis auribus vox dulcis, & erit omni tibia & pſalterio ſuauior illis, erit orāti ipſi aqua purificans, ignis incēdens, ſplendor illuminans, ille horto ſimilis irriguo. Theſauro ſimilis abſcondito, diues nunquam & locuples ac valens multos locupletare. Sequuntur ex illa magnæ illæ cōmoditates quas ſacri Doctores, qui illas mille experimentis didicerunt exprimunt, quemadmodum nullo facto fieri poteſt, vt qui ſolis radijs fruatur non effugiat tenebras, ita nulla ratione fieri poteſt, quin qui cum Deo conſuetudinē agit, deſinat eſſe mortalis, ſi quidem ipſa dignitatis ſublimitas, nos ad immortalitatem transfert, ſi enim ſi qui cum Ceſare miſcent ſermones, familiariterq; cum eo verſantur, hoc honoris ab illo ſunt adepti non poſſunt eſſe pauperes, multominus fieri poteſt, vt qui Deum deprecantur cum eo familiariter colloquentes, animas habeant mortales: & iterum quemadmodum ciuitas, quæ muris cincta non eſt facile venit in poteſtatem hoſtium, propterea quod prorſus abſit in quo fuerat hoſtium incurſus arcendus: ſic & animam non munitam precibus diabolus facile in ſuam redigit ditionem. Ac rurſum homo qui cum Deo loqui didicerit vt par eſt eū qui cum Deo loquitur, erit deinceps Angelus, etiam ſi pauper ſamilius, priuatus & indoctus, vulgus gregarium putat eos male ſaginari, qui paſcuntur diuinis eloquijs, neq; mirum quandoquidem nullum vnquam guſtum cepit alentis omnia ſapientiæ, proinde vulgo ignotum eſt in quanta illi felicitate atque hilaritate vitam exigant. Cur quæſo illius, qui ita orat facies non reſplendebit, id eſt, vita qua ille quis ſit agnoſcitur vt facie homo, qui filius lucis operetur, de quo, deque ſimilibus illi Paulus: eratis aliquando tenebræ, Nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Fructus autem lucis eſt (ac ſi diceret radij) in omni bonitate & iuſtitia & veritate, & iterum ſitis ſine querella ſimplices filij Dei, ſine reprehenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos

*Chryſoſt. libr. 1. de orando Deum.*

*Chryſoſt. libr. 2. de orando Deum.*

*Chryſ. in Pſalm. 4.*

*Phil. li. 6.*

*Epheſ. 5.*

*Lucent orantes & candent.*

quos leuetis ſicut luminaria in mund verbum vitæ continentes. Splendent iſ maximè ita vt nihil ſit in illis quod no eniteat. Quemadmodum neque quid lumine quod non ſplendeat, ſiue oculo illorum ſpectates, ſiuè linguam, ſiue ma nus, omnia lucent modeſtia, oculi pu tate. Lingua, innocentia manus, totu corpus lucidum, cur veſtimenta illoru non erunt vt nix candida, & illa cand diora qui ſacris conſilijs Pauli obſequ tes faciunt quod præcipit ille, abijci mus opera tenebrarum & induamus a

*Rom.* 13. ma lucis, ſic vt in die honeſte ambule mus, ſed induamus Dominum Ieſu

*Ephe.* 5. Chriſtum & carnis curam ne feceritis i deſiderijs, induitè nouum hominem q ſecūdum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis, ideſt nouā mentē c leſti edoctā ſpiritu, ita vt noua creatura tis, ita vt docti ſitis in ſpū mūdi incarn

*Colo.* 3. induitè vos ſicut electi Dei ſancti & dil cti. Viſcera miſericordiæ, benignitatē humilitatē, modeſtiā, patientiā ſuppor

*Luc.* 24. tantes inuicē. Vos autē manete in ciui te donec induamini virtute ex alto, ideſt qua

quæ vice vobis indumēti ad omnes iniu

*Apoc.* 3. rias ſit vtilis & nitēs. De quibus ad Ange lū Laodiceæ: ſua deo tibi emere á me au rū ignitū, probatum vt locuples fias, & veſtimetis albis induaris, vt nō apareat cōfuſio nuditatis tuę, quā quęſo eſſet de

*Eccleſiæ pulchritudo.*

cora Eccleſia, quam pulchra illa, ſi quos habet illa filios huiuſmodi facie nitēte, & cādidis ornamentis eſſent decori, habe ret illa bonū teſtimoniū etiā ab his qui foris ſunt, alliceret, attraheretq; illorū tā egregia morum ſpectata venuſtas: Non

*Phil.* 2. nè hęc pulchritudo eſt quā deſiderat Pau lus ita loquens: Si qua ergo cōſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatiū charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, implete gaudium meū vt idem ſapiatis, eandem charitatem ha bentes, vnanimes idipſum ſentientes, ni hil contentionem neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores in uicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ alio rum. Non nè hæc ſunt á Chriſto ita procurata vt ſint ab eodem Apoſtolo

*Tit.* 2. dicta certiſsima: dedit ſemetipſum, pro nobis vt nos mundaret ab omni

 iniqui-

iniquitate, ideſt deformitate, deform
enim animam peccatum pluſquam de
*Puritas* ctus corporis corpus. Et mundaret po
*Chriſtia-* lum ſibi acceptabilem, ideſt peculiare
*ni popul.* acceptum & dilectum, ſectatorem bo
rum operum, non prauorum, inutiliu
aut iniuſtorum ſed bonorum ex quib
Deo gloria, & ſectatoribus vtilitas, &
ligioni decus deriuetur, quod autem d
cta ipſi ſint ſcripturæ conſona, vel ex
lis colliges.

*Pſal. 50.* Lauabis me & ſuper niuẽ de albabo
*Eſai. 1.* Lauamini mundi eſtote. Si fuerint pec
cata veſtra ſicut coccinum quaſi nix d
albabuntur, & ſi fuerint rubra velut ve
miculus, velut lana alba erunt, quod
inquinatos peccatis ita dealbat, vt ſup
niuem dealbentur, qui ita non ſunt i
quinati eodem Chriſti optimi maxi
*Vtilitas* beneficio per operationem commun
*orationis* to, cur illorum veſtimenta non fient a
ba ſicut nix, & facies enitebit? Crede m
hi quodqui quo debent modo guſta
*Pſal. 33.* quam ſuauis eſt Dominus, non tantu
quæ diximus conſequuntur ſed fiunt
*Ezec. 47* lignis pomiferis quę vidit Ezechielon
tu

tur ex ripis eius ex vtraque parte lignum
pomiferum, non defluet folium ex eo,
& no deficiet fructus eius, verbis & ope
ribus erunt vtiles, exemplo commodi,
ſunt colũbæ de quibus loquens ſapiens
dixit: ſicut columbæ quæ lactæ ſunt lo- *Cant. 5.*
tæ & reſident iuxta fluenta pleniſsima,
ſimplices in quam, puræ, candidæ, ſince-
ræ, volatu ſuperna petentes, in ſacrarum
fluentis ſæpe ſe intingentes, vt nitidio-
res fiant, ex illis ouibus Deo charis
de quibus ille fuit loquutus: & paſcam *Ezec. 34.*
illas in paſcuis vberrimis vt pingueſcant,
vbereſque illę fiant & cunctis vtiles. Ta
libuſque animi dotibus fiunt diuino be
neficio præditi. Quos diuinus Appelles *Ezec. 50.*
depinxit, quaſi flos roſarum in diebus
veris. Quaſi lilia quę ſunt in trãſitu aquę
& quaſi thus redolens in diebus æſtatis:
ſicut ſtella matutina in medio nebulę, &
quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet.
Sicut vas auri ſolidum ornatum omni la
pide pretioſo. Suntque illorum animæ
quod de genis dixit ſapiens. Areolæ aro *Cant. 5.*
matum conſitę a pigmentarijs, mille odo
feratum virtutum generibus conſitæ li

lijs puritatis, ruboris roſis, vnde quaqu ex ſe diuinum odorem ſpirantes.

*Cur hodie rari ſint qui vultu ſint n ti-do.*

Quod ſi quæras quæ nam ſit hæc cauſ propter quā tā ſint hodie rari qui facie ita lucida: veſtimētis cādidis ſint ornat in prōptu ratio eſt, rariſsimi ſunt qui c Chriſto montē aſcēdāt, ſublime quide celſū aut diuinū ſapientes, ſed deprim in illis ſenſum multa cogitantē & vari cuius agitatū terrena inhabitatio, & quo *Sapien. 9* dictū de Dathan & Abiron eſt, de illis d ci ſuo modo poteſt aperta eſt terra & d glutiuit Dathan, deglutiuit enim ter illos, quemadmodum enim voratis ill *Exod. 15. et pſ. 105* á terra nihil niſi terra aparuit, neque ap ret quidem in iſtis, ſiue loquentes il los audias, ſiue curas ſpectes, & oper cuncta, hæc in illis terra ſunt, & faciun lateres, & propio labore partis paleis co quunt, neque id dolentes & coactæ vt i *Exo. 2.* Ægypto Iſraelitę ; poſuſti tribulatione in dorſo noſtro. Impoſuiſti homines ſ per capita eorum, ſed ſponte, cum po *Pſal. 65.* ſint, & vacare ab illis, & rebus diuin vacare, neque cum aditus illis detur, quod rariſsimè faciunt humani Reg colloquia miſcent cum Deo, qui illos erat illuminaturus, decoraturus & dealbaturus, ſed etſi exteriora illis hominum, vitam agunt cum Nabuchodono *Dan. 4.* ſore belluinam: atque ideò non tantum illorum facies non nitet, ſed obſcura eſt, & plena tenebris, non tantum, non ſunt illorum veſtimenta candida, Sed mille modis conſpurcata vt tabeſ- *Pſa. 118.* cere illi faciant Dei amicos illos ſpectantes. Et cruciant vt quondam Dauidem: tabeſcere me fcit zelus meus, quia *2. Pet. 2.* obliti ſunt verba tua inimici tui. Alij quidem loquuntur cum Deo, ſed ſuæ obliti illi cditiōonis & immemores diuinæ, acita ſine attentione loquuntur, ſine metu, ſine reuerentia orantes illi ſpiritu, & minime mente, minime gu- *Multorū oratio, qualis.* ſtantes quam ſuauis ſi Dominus, ideò iſti neque igni illo accenduntur, neque ſplendore illo illuminantur, neque *1. Cor. 14.* flumine illo copioſiſsimo dealbantur, eſtque res prodigio ſimilis, quod in *Pſal. 33.* medio igni ſunt frigidi, in medio flumine immundi & quod ex re commodiſsima nullam miſeri capiant vtilitatem,

tem, neque mel illis diuinorum elo-
quiorum ſapiat, neque, illius auditus ex-
hilaret, neque illius ſplendor illumine
Aparuerunt Moſes, & Helias. Obſcu-
erant innumera in Moſe & Helia done
diuini ſui aduentus ſplendore luce ſuf-
*Exo.* 34. fudit illa Chriſtus, velumque abſtulit &
grandem lapidem vt verus Iacob, qui
*Gen.* 29. illorum myſteriorum puteus erat oper-
tus. Non ne iſta ſignificant Dauidis il-
*Pſa.* 118. la: da mihi intellectũ & ſcrutabor mand-
ta tua, reuela occulos in eos, & conſide-
*Luc.* 24. rabo mirabilia de lege tua. Et aperuit il-
lis ſenſum vt intelligerent ſcripturas.

*Matt.* 5. Et quod de ſe ipſo dixit nõ veni modo
ſoluere legem aut prophetas, Ecce Mo-
ſem & Helias. Sed ad implere, ita mani-
ſtauit illa, quod nitidus aparuit, & illu-
minatus. Moſes aparuit & Helias vt pla-
ne hodie ſunt, nam obſcuritas illorum
*Greg. lib.* ſacriſiciorum, cerimoniarum & quę eti-
*m.* 21. *c.* 1 erat in vaticinijs illuminata iam eſt no-
*& Aug.* biſque & lucet & illaminat, vide huius
*ſerm.* 36. ee rei Typum in Gregorio lib. m. 21. c.
*et* 56. *ad* de virgis excorticatis, dumque a b illi
*fratr.* cortex literæ ſubducitur allegoriæ can-
dor



dor interior demonſtratur, & dum cor-
tex relinquitur exterioris intelligentiæ
exempla monſtrantur. Et aparuerunt lo-
quentes cum Ieſu vt famuli cum Domi-
no, vt diſcipuli cum magiſtro, vt picto- *Vide quo*
res cum eo quē delineauerant, ac de pin- *modo ap*
xerant, vt legati illius cuius apud mun- *paruerit*
dum legationem egerant. Loquentes cũ *Moſes et*
illo, de quo, & in cuius gloriam ſemper *Helias.*
fuerant illi loquuti, ita magnus antiquæ
legis interpres Paulus, omnia in figura
contingebant illis, ſcripta autem ſunt ad
correctionem noſtram, in quos fines ſæ- 1. *Cor.* 10.
culorum deuenerunt, omnes fuere ſcrip-
turæ indices Meſsiæ temporis in quo ſu-
mus quod eſt omnium præcedentium ſę-
culorum vſque ad Chriſtum finis. Pro
mẽbris capita loquũtur, talia enim erant
omnium prophetarum & ſcriptorum ſa-
crorum Moſes & Helias. Quid erant quę *Expende*
ſo loquuturi? Plane quoquis ſublimior *ſimiliter*
eſt & præſtantior, Hoc ſunt de quibus
agit & loquitur ſublimiora: aget quidem
Agricola de proſcindenda terra, & man-
dandis illi ſeminibus. Aget paſtor de
ouium paſcuis, & cuſtodia, deque arcen-
dis

dis lupis, aget nauta de modo ſeccan-
maria de nauium præparatione, aget v-
dique faber lignarius de æquandis poli-
diſque, lignis deque inſtrumentis ad i-
aptis, agent autem duces & militiæ præ-
fecti de parãdis armis, de cogẽdis copijs,
de hoſtis potẽtia. Agẽt Reges de regno-
moderatione, de cõmuni pace, de ſuor-
commodis & tranquillitate. Qui loque-
Dan. 4. bãtur ſunt Moſes, Helias, & Chriſt[9], ſe-
& Mat. ui illi, iſte vniuerſorum dominus, illi ſa-
14. pientes, iſte cuius ſapientiæ non eſt nu-
merus, illi ſancti, iſtæ ſanctitatis pa-
rens & autor, illi legis latores & prophe-
tæ, iſte legum dominus & prophetarum
Moſiſet magiſter, ſed tales vt innumeris illi reg-
& helii. bus præcellerent, audis enim de Moſe
præſtan- quę vix de quoquam regum ſunt audita
tia. dilectus Deo & hominibus Moſes, cu-
ius memoria in benedictione eſt, ſimi-
Eccle. 45 lẽ illũ fecit in gloria ſanctorum ideſt cu-
ius beata eſt memoria, & glorię ſancto-
Exod. 17. rũ illum equiparauit, cum leuaret manus
Moſes vincebat Iſrael, ſin autẽ paululũ
remiſiſſet ſuperabat Amaleh: expende
quantam illius preces habebant vim qui-
bus vt daretur victoria id fiebat. Moſes
autem aſcendit in montem ad Deum, Exod. 19
Vocauitq; eum dominus de monte, vi-
des inſigne gloriæ beneficium cũ Deo
miſcet colloquia & cunctis præfertur vt Heb. 3.
legem accipiat, vnde Paulus ait: Et Mo
ſes fidelis erat in tota domo eius tanquã
famulus, in teſtimonium eorum quæ di Hiere. 15
cenda erãt, ſi ſteritent Moſes & Samuel
coram me, non eſt anima mea ad popu-
lum iſtum: expende quanti illum habeat
Deus qui ita loquitur.

De Helia: ſurrexit Helias propheta qua Eccl. 48.
ſi ignis & verbum illius quaſi facula ar-
debat, ad cuius nutum cælum nunc fie-
bat ſerenum, nunc nubibus obſcuraba- 3. Re. 18.
tur. De Chriſti maieſtate non eſt, quod
quid piam dicamus, de quo neque quis
ſit aequãtus nõ valent Cherubim ac ſera
phim dicere, ſummæ igitur maieſtatis,
ſũmę autoritatis, ſumi momẽti oportebat Maieſtas
eſſe negotiũ de quo loquerẽtur: erat om negotij de
nino, & inquo totius mũdi pax, trãquilli quo age-
tas, libertas, ſal[9], vita, gloria verſabatur & batur.
quo nullũ maius eſſe poterat, de exceſſu
quẽ cõpleturus erat in Hieruſalẽ: quæ ſi
comodo,

eo modo, quo ſonant eſſe accipi…
omnino, vel ob id ſolu exceſſus …
pellaſſ… quod omnium hominum
rita excederet, omnium hominum …
tuiſſ, neque enim capere poterat …
ane qui ingenio homo tanti bene…
magnitudinem, & quod diuini am…
fuiſſet quidam exceſſus. Sic enim D…
*Ioan. 3.* dilexit mundum: Et ſoluendi deb…
ceſſus, non enim ſicut delictum ita &…
nuſn, ſi enim vnius delicto multi m…
*Roma. 5.* cui ſunt multo magis gratia Dei. Et…
num in gratia vnius hominis Ieſu C…
ſti in plures abundauit. Loquebãt…
de cruce, eſtque hoc negotium tante…
ceſſitatis, vt non contentus fuerit Eua…
liſta gloriosum appellare illud ſed g…
riam appellauerit, tam ſublime & exc…
lens vt Paulus ipſe illius excellent…
non valens explicare ita fuerit loqu…
*Phil. 2.* Qui cum in forma Dei eſſet non rap…
arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, …
pro nobis ſemetipſum exinaniuit for…
ſerui accipiens, in ſimilitudinem ho…
num factus habitu inuentus vt …
mo, humiliauit ſemetipſum factus o…
dic…



…ens vſque ad mortem, mortem autem
crucis, tam admirandum, vt portuerit &
præſignari illud antiquæ legis figuris,
prædici vaticinijs vt fieri poſſe crede- *Arcanũ*
tur, horrebat enim mens cum audie- *cruc. spr*
…dominum obiturum mortem, pro *oſteſum.*
…uo, Deum pro homine & mortem cru
…tanti momenti, vt in illo verſaretur,
non vnius alteriuſue prouinciæ pax, ſa-
…gloria, ſed mundi totius, ipſe enim *Eph. 2.*
eſt noſtra pax: iuſtificati ergo ex fide, *Rom. 13.*
ſcilicet, pacẽ habemus ad Deum per
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.
O felices qui Chriſti & prophetarum
imitatores de cruce loquuntur, ò dignã
Chriſtiano homine loquutionem, aut
…illa quam illorum amore amplexus *Colloquiũ*
eſt Chriſtus, aut de cruce quę ferenda ab *felicia.*
illo eſt, iuxta illud: qui vult venire.
Qui de crucifigẽdis ſemetipſis agũt, *Mat. 16.*
qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifige *& Luc.*
runt cum concupiſcencijs & vicijs, ita *14.*
vt dicere poſsint aliquando mihi mun-
dus crucifixus eſt & ego mundo. Qui de *Gal. 5.*
his agũt & illa animo voluunt, mortuus *2. Cor. 5.*
eſt Chriſtus vt qui viuunt iam non ſibi

k viuant

1. Cor. 6. viuant: empti eſtis pretio magno, iam eſtis veſtri. Sed rariſsimi ſunt de hu[iuſmodi] rebus ſermones, rariſsima colloqu[ia].

Quia rariſsimi ſunt Chriſti & prophe[ta]rum imitatores, & qui iſta præditi ſu[nt] animoru gratitudine & ſalſitudine, multi & colloquuntur de rebus friu[olis,] ludicris & labilibus, de augenda re, parando euanido honore, inque his bus dies ac noctes inſumunt, alij, tiori & magis pernicioſo qui ſunt

Pſal. 49. & 139. et 13. & 53. et 53. nio, quod vituperat Dauid: loquuntur li quidem deobſcurando honore, de mina dehoneſtanda, de retalianda in ria, de inſidijs parandis proximis, & dendis loqueis. Os tuum abūdauit m[alitia,] tia, & lingua tua concinnabat dolos. dens aduerſus fratrem tuum loqueba[ris,] aduerſus filium matris tuæ, ponebas [ſcan]dalum. & alibi: qui cogitauerunt ini[qui]tates in corde tota die conſtituebant [præ]-

Pſa. 139. lia, acuerunt linguas ſicut ſerpentes, [ve]nenum aſpidum ſub labijs eorum: ſciant tamen iſti quod labor labiorum ipſo[rum] operiet eos, cadent ſuper eos carbo[nes,] in miſerijs non ſubſiſtent. In hu[ius]modi congregationes vipereas ita ide[m] loquitur propheta.

Pſal. 23. Odiui Eccleſiam malignantium & cum impijs non ſedebo. Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar, Regius eſt animus, qui autem vilis eſt, abiectus hunc amat. Videnturque illi labia diſtillantia venenum vtrique mor[ti]ferum mel diſtillare tanta illius impie[ta]tas eſt. Hi ex patre diabolo ſunt, qui autem Chriſtum habent magiſtrum, & illi hærent, & mores componunt in illius vitæ imitationem, & ſermones viuentes vitam illi gratam, loquuntur aut de quibus loquutus ille eſt, aut grata illi. Bonum eſt nos hic eſſe vbi Chriſtus, vbi Moſes & prophetæ, vbi diuinæ voces audiuntur vbi Chriſtus qui ſit agnoſcitur, ſemoti ab improbo conſortio a conſilio malignantium. Quod ſi hic hoc bonum eſſe videbitur, quid videbitur in gloria, ad quam. &c.

## *SALVTATIO.*

*REpudiata eſt Maria Salome etiam pro fi-*
*lijs intercedens, quia neſciuit petere, exau-*
Luc. 18. *dientur ſcientes, vt exauditus fuit cæcus, lu-*
*mina petens, leproſus mundatur: nullus autem*
Matt. 8. *maiori cum ſapientia petit quam qui ad enun-*
*tiandam Euangelicam Doctrinam, & vt il-*
*audientibus vtilis ſit petit a Deo gratiam, pe-*
*tamus nos illam, & vt nobis illam impetret, pe-*
*tamus & precemur Virginem, Aue Maria.*

# THEMA.

## Aſſumpſit Ieſus diſcipu-
## los ſuos ſecreto &c.
## Matth. 20.

Jud 14. QVOD non intelligerent
ænigma Sanſonis, aut pro-
2. Re. 12. poſitæ parabolæ Dauidi
Nathan de oue in ſinu do-
2. Re. 14 mini ſui accubantis, á mu-
liere



liere de filijs rixantibus non mirum ob
ſcuritatem quandam habebant illa, ſed
quod non intelligantur iſta, vt ait Lu-
cas cap. 18. erat verbum abſconditum ab
eis, hoc mirum. Nihil dici poterat aper-
tius & tantum non intelligebant illi ver-
bum, quibus enim verbis aut faciliori-
bus aut apertioribus dici illa poterant, il-
ludetur, flagellabitur, & crucifigetur,
ſed mens non capiebat, quo nam fieri poſ-
ſet vt illuderetur veritas, flagellaretur
æquitas, crucifigeretur innocentia, mēs
non capiebat, quo nam pacto illudere- Quæ fuit
tur ſapiētia, flagellaretur beneficiēcia, obſcurita
crucifigeretur omnipotentia, neq; id fa- tis verbo-
cin⁹ perpetrari poſſe ab hominibus arbi- rum rati.
trabantur, neque permitti á Deo, cuius
profunditatem conſilij de modo redimē
di hominis nondū capiebant. Quis enim
intelligere poſſet etiam ſi id aperte dice
retur á Dauide quod capiendus erat ille
á cuniculis, qui ſuffocabat vrſos, aut
quod capillis eſſet alligandus Sanſon, & 1. Re. 17
quod ... trahendus, qui
rumpebat funes? Quonam igitur modo Jud. 16.
mens illo tempore capere humana pote- 41.
rat

rat quod tantum eſſet odium Iudæorum
futurum in Chriſtum tot modis de ſe
benemeritum vt ſimilia auderent. Aut
ta illius patientia vt illa ferret, & po-
Luc. 8. mum cum vidiſſent Dæmones illorum
Matt. 8. duces, illius iuſſu toties fugatos & ne
Mar. 5. in porcos ſine illius permiſſu non fuiſ-
Luc. 18. ſet auſos ingredi, vidiſſentque editorem
illum verbo in vitam mortuos, & lu-
mina reſtituere cæcis. Difficilia qui-
dem & nunc ſunt captu & quæ tranſ-
iam cum ſint niſi fide aſtringeremur
Pſal. 2. derentur nobis difficillima, nam quis
Deus iſta in homine feciſſet, id neque
quam mirum, vt quæ de irriſione
quæ ſumma cum ratione fit dignus
Pſal. 36. illa; qui habitat in cœlis irridebit eos
Dominus ſubſannabit eos. Dominus
tem irridebit eum quia proſpicit quod ve-
nit dies eius, aut quæ de flagellis quibus
Gene. 12. ille aut punit impios, aut excitat &
cet pios, vt ſunt illa flagellauit Domi-
Exod. 5. nus Pharaonem propter vxorem Abra-
hā, flagellati ſunt qui præerant operibus
Iob. 13. tu flagellas & ſaluas, aut quod illorum
mt genera quenque manuſtis quod



iudicio viſus eſt dignus, aut
aquis ſuffocando, vt cum equites & aſ- Exod. 14
cenſorem deiecit in mare: vt de Pharao- Pſal. 77.
ne dicitur. Aut igni abſumendo vt dici-
tur de Dathan & Abiron: exarſit ignis in
ſynagoga eorum & flamma combuſſit pec- Pſal. 105
catores, aut terra abſorbendo vt dicitur & num.
de eiſdem: aperta eſt terra & deglutiuit 16.
Dathan & operuit congregationem Abi-
ron, ſed quod illudatur, flagelletur, cru-
cifigatur Chriſtus, patris ſapientia, æqui-
tas ſumma, bonitas immenſa, omnipo-
tens Patris omnipotens Filius, id vix
capiebat mens, reddebatque illis magis
obſcura verba, quod in facientes, &
audentes iſta in miniſtros ſuos aut illa aſ-
picere non permittebat, aut facta ſeueriſ-
ſime vindicabat, eratque illorum tanto-
pere zelator, vt non tantum in miniſtri-
os in carcerem, vt Micheam, Achab: 3. Re. 22.
perſequentes illos, vt Iezabel illius
vxor: ſed verbo aut ſigno læ- 3. Re. 16.
dentes, vt pueris dicentibus calue cal-
ue, & extendentes in illos manus pu- 4. Re. 9.
niret, vt extendentem in Anam manum
Ieroboam: Iſta cum in memoriam ſu- 3. Re. 17.

 birent

ſubirent nō capiebat illa illorum m
modum enim, quo iſta fierent igno
bant illi, vt qui quæ cum in miniſtr
ſeruoſque ſuos fiebant, tam ſeuere v
dicebat, in ſeipſum illa fieri permitt
nam inuito illo fieri non poſſe ſatis in
ligebant, iſta innumeraque alia ſim
iſtis faciebant, vt iſtorum verborum
ſus alioqui planiſsimus effugeret ab il
Videbant patrem æternum, Angelor
*Gene. 22.* miniſterio Abrahamo obſtitiſſe ne gl
dio iugularet filium oblatumque ari
vt illum illius loco ſacrificaret, & ſi
& parentis miſertus, & mens non cap
bat modum quo fieri poſſet, vt pater o
*Mat. 17.* nipotens & æternus filium in quo ſibi
placuerat illudi, flagellari, & cruci
permitteret, permitteretque filius in
ſum illa fieri, qui æqualis erat Patri ſu
ma iſta eſſe, & mundum ſe patri deb
*Joan. 3.* præcipienti, & obſequenti filio, illa d
plicarunt. Sic Deus dilexit mundum
filiũ ſuum. &c. qui tradidit ſemetipſu
*Eph. 4.* pro nobis, vt nos redimat ſingula v
ba expēde. Iſta demirās Auguſtinus a
bat: homo factus eſt homo: is factor

ſug

ſuggeret vbera, regens ſidera, vt eſuriret *Auguſt. ſerm. de natali domini.*
panis, vt ſitiret fons, dormiret lux, ab iti-
nere via fatigaretur, falſis teſtibus veri-
tas occultaretur, iudex viuorum & mor-
tuorum, à iudice mortali iudicaretur ab
iniuſtitia iuſtitia dãnaretur flagellis, diſ-
ciplina cæderetur, ſed quo humiliora iſta
ſunt & magis acerba tanto plus ſenſatos *Expende quantum Deo, tenetur homo.*
alligāt homines vt ſe totos deberi Deo
agnoſcant & cum ſeipſis reperire nō poſ-
ſint, quod pro tantis tamq; mirabilibus
beneficijs rependant, ſemetipſos retri-
buant, & ad ſimilia obeunda præparent,
iſta enim alta mente repoſita, nactis tri-
bulationũ ocaſionibus, gaudio ſuffun-
di, & fecerunt Apoſtolos & Martyres in-
numeros; fecere inquam maiori lætitia
affici, cum in ſqualore & ſitu iacebant,
in carceribus, quam cum liberi verſaba-
tur in aulis, illuſionibus magis oblectari
quam laudibus, verberibus quã amœ-
nitatibus, morte quam vita, præeligere; quæ
tua quoties offerebatur ocaſio, innumque
hoc iſta docent loca, vt ſunt illa Pauli;
Ego autem non ſolum alligari, ſed & mo- *Act. 21.*
ri in Hieruſalem paratus ſum, gloriamur

 in ſpe

in ſpe filiorum Dei, non ſolum autem ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem, opprobriis & tribulationibus ſpectaculum facti, in altero ſocij taliter conuerſantium effecti, nam & vinctis compaſsi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, præter autem diuinam opem quæ ſuis aderat inter vepres & ſpinas iſtas quæ multæ ſunt, quod præoſtendit agnus ab Abrahamo oblatus, ingẽtes addebat illis animos, quæ á magiſtro, quæ á Domino, quæ á conditore ſuo illorum amore ſunt paſſa. Id explicant magni Apoſtoli illi deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, curramus ad propoſitum nobis certamen aſpicientes ad autorem fidei, & conſummatorẽ Ieſum, qui propoſito gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta. Vnde egregiè magnus Auguſtinus, tota vita Chriſti in diſciplina per hominem quẽ geſsit, diſciplina morũ fuit. Omnia bona mundi Chriſtus contẽpſit, quæ contẽnenda docuit, & omnia mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinẽda præcepit. Quod ſi iſta nobiles illos annos ac plane glorioſos ad magna illa inflammarũt cur ad minora nõ inflamant noſtros? Defuere iam iuſtis carceres, exilia, proſcriptiones, flagella, mortes, quia tranquillitate gaudet reſpublica Chriſtiana, & ſi variis in locis propter hominũ corruptionẽ et agitetur illa, cõtingebat autẽ illo potiſsimũ tẽpore, quod in tẽpli Salomonis ſtructura, in qua nõ impoliti ſed politi lapides cõſtruebantur, ſed poliebantur illi variis ferri inſtrumẽtis, & artificum manibus antequam ſitus illis daretur in tẽplo; ac ita euenit lapidibus ex quibus ſubſiſtere ac conſtrui debuit Eccleſia, id eſt perſecutionibus, tunſionibus, preſſuris, expoliti lapides diſponuntur permanſuris ſacris ædificijs. Dicta explicãt: ſi ſuſtinebimus & cõregnabimus: ſi tamẽ cõpatimur vt & cõglorificemur, vnde plena cõſolationis illa Auguſtini: intelligat homo medicum eſſe Deũ, & tribulationem medicamentũ eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem; ſub medicamentũ poſitus, vreris, ſecaris, clamas: non audit medicus ad voluntatem, ſed audit ad ſa-

Rom. 5. Heb. 10. Gen. 22. Heb. 12. Auguſt.

Remiſsio noſtra magna. 3. Reg. 6. 2. Tim. 2. Rom. 8. Auguſt. in Pſal. 21.

*Quæ ſit huius petitionis ocaſio.*

ad ſanitatem. Et accedens mater qua...
rint iſta ocaſione dicta quæris; expl...
meo iudicio illa: Non intellexerunt...
bum, quod ſi id tibi non placet, plac...
prædicta, quæſo: Et accedens mater...
ſpectat neque quærit opportunitatem...
ternus amor, de filiorum profectione...
licitus, omne tempus ſibi videtur op...

*Materni amoris vis.*

tunum, omnis locus aptus, neſcit hab...
modum, cedamus iſta amori matern...
permiſſumque id crede á Deo, vt do...
ret neq; quidquam valere apud illu...

*Expende.*

quæ alioquiplurimum valent, & mag...
habet ille neq; muliebrem ſexum, n...
canos neq; cognationem etiam illor...
qui ætate maiores ſunt, vt aliquid q...
cunq; modo ab illo extorqueant, qu...
illius æquiſsima liberalitate non ſit...
num: dictumq; ſibi & reſponſum ex...
mareat dicendumque omni tempore...
reſpondendum cum factu indigna p...
rent, quod matronæ tot modis ſuſpic...
dæ & filijs, alioqui Chriſto ſuauiſ...
chariſsimis & coniunctiſsimis eſt ...
ſum: neſcitis quid petatis, ab...
... hoc modo petendi ...

nibi



nibus. Nam vix vllo poterant homi-
nibus contingere, quæ in fœmina iſta gra-
tiſsima contingebant, ad propendendū
illius beneficentiam Chriſtum; ſexus,
anus, cognatio, & in filios ſuauiſsimus
Chriſti amor, quæ alioqui vt diximus,
Chriſto gratiſsima & pretioſiſsima erāt:
cum tamen ita ſit illius liberalitas in ho-
mines effuſa, vt ad petendum inuitet il-
los, & petita concedat his in quibus
nulla contingunt ex his quæ contingere
impetrantiſsima fœmina diximus, iuſta
tamen, & illius Sapientia & æquitate dig-
na. Probant præterea quæ diximus illa
Matthei: petite & accipietis, illa item *Matt. 7.*
Marci, quæcunq; orantes petitis credite *Mar. 11.*
quia accipietis, & euenient vobis, quin
& illius in concedendo liberalitatē ex-
plicant, qui indiget Sapientia poſtulet á *Iacob. 1.*
Deo, qui dat omnibus affluenter & non
improperat. De huiuſmodi æquis, iuſtis
& ſapiētibus petitionibus, illa ſunt Apo-
ſtoli: petitiones veſtræ innoteſcant apud
Deum; & illa Dauidis: impleat Domi- *Phil. 4.*
nus omnes petitiones tuas, & omne con-
ſilium tuum confirmet, & quæ iſta om-

nia

*Matt. 7.* nia confirmant illa ſunt. ſi vos cum ſitis
mali noſtis bona dare filijs veſtris, quanto
to magiſter cœleſtis dabit bona pe…
tibus ſe; poſteriora probant, in num…
petentibus conceſſa ab illo, in qu…
ex multis magniſque illis quæ conting…
bam in Salome; præclara Ioannis &
Iacobi matre contingunt, nulla. Pe…
rum vt de fœminis loquamur, Iudit…
*Iudit. 13.* Heſter, Ana, Elcanæ vxor, & Sarra, T…
*Heſt. 14* bias, petierunt Cananea, Martha, &
*1. Reg. 1.* Magdalena, & cōceſſa illis ſunt pet…
*Iob. 3.* & viduæ nō petenti miſericordia mo…
*Matt. 15* filium ſuſcitauit; ſed vide quod quo…
*Ioan. 11.* iora, excelſiora, & ſublimiora bona …
*Luc. 7.* & maiori appetitu digna tanto m…
culpandus videtur qui appetit illa…
potiſsimum cum illa non vt noceat…
grauis ſit alicui, ſed vt vtilia & com…
da, & honorifica ſint illi & commo…
*Expende.* alijs appetit, tantum ſuorum merito…
non optimè penſata qualitate, aut m…
do quo ſunt illa petenda, & ratione …
ſunt impetranda, & omnino, ſi hum…
na ratione eſſent illa examinanda, …
mortale eſſet quod optabant nulli…

illi



illis videbantur præferendi, quia probi
erant illi, & dictis Chriſti libentiſsi-
me paruerant, ita vt relictis retibus, & *Matt. 4. & Lu. 5.*
patre ſequuti fuerint illum, & ſangui-
nis cognatione Chriſto coniuncti præ *1. Re. 16.*
alijs Apoſtolis. Sed cordium intuitor, *Sap. 11. et*
qui omnia facit in pondere & men- *Prob. 11.*
ſura, aliam profert ſententiam, quam hu-
mana proferret ratio, auerſis ſi placet
ſemper a matris dignitate oculis, conu-
erſo quæſo in filios, illos, inque ſancti-
tatem & preſtantiam illorum, erant enim
illi Iacobus, & Ioannes, quos cum di-
uerſis candoris & ſanctitatis culmen te-
dixiſſe cenſebis, fuit enim Iacobus ob
excelſas illius virtutes grauiſsimus Chri-
ſto, fuit Ioannes vnicè ob idipſum di- *Ioan. 19.*
lectus illi. Expendat etiam velim quāta
ſit Chriſti in ſuos, & quam inmenſa libe-
ralitas, & quanta largiatur ille cum ne-
gat, vt reſciant petentes; quod ſi pro- *Negans*
bi illi fuerint & beneficijs digni, ſi pe- *multa lar-*
tita illis negata fuerint, aut quia nō rectè *gitur*
petierunt, aut quia maiora erant quam *Chriſtus.*
deberent ab illis aut peti, aut deſiderari,
aut quia non erant illis vtilia, quod qui

illa

illa negat, glorioſa alia concedet ill
ita vt optato fructu ſuæ non careant
titiones. Eueniſſe iſta vides viris iſti
ſsimis negata fuere quæ fuerāt illo
teruentu petita á matre, at cōceſſa ſun
lis innumera alia celſiſsima illa, veri
noris, & ſolidæ gloriæ pleniſsima. Pr
tum rogo euolue quibus iſti, & quam
tioſis titulis & beneficijs fuerint á Ch
ſto decorati, & cum fuerint illis ill
in illius gloriam, & creditorum nu
rum, & vtilitatem & dignitatem; pra
*Iacobus.* tus fuit Iacobus optimis orbis parti
quas ingenti cum gloria diuinos ill
mine ſuffudit, mirabilia dum viuere
innumera edens, apoſtolatus culmini
tyrij, poſtea gloriam adiungens, ſang
ne propio eorum quæ docuerat ve
tem ſubſcribens, & diuini calicis p
*Ioannes.* ceps effectus, vt fieret & gloriæ. Ioa
ad id dignitatis euectus vt dilectus d
retur domini, quā dilectionem qui
mini erat cunctipotentis, non otiu
quutum eſt, ſed inſigniſsima opera,
*Dilectio diuina.* quit enim diuina maieſtas, diligere
ingenti dilectorum gloria & exalta
&



magnorum ac mirabilium beneficio
m cummulatione, præſertim quando
a effuſus & excellens eſt amor.
Sed cur cum mater preces effuderit reſ
pondet filijs? Plane quia nouerat illos, *Cur matre petente, reſpondit filijs.*
t illa peteret, prius rogaſſe matrem. Et
t ita reſcirent illi nihil illi eſſe abſens,
hil abſconditum ſed cuncta eſſe præ-
ntia, & conſpicua, & hinc etiam poſ-
ent colligere quam æqua pietate nega-
ntur illa illis á futurorum conſcio, &
bſconditorum cognitore, habito etiam
t multis placet illorum matri grauiſsi
mæ reſpectu, fuit enim pię & debitæ vr- *Vrbanitas ex humilitate naſcens grata Chriſto.*
banitatis quæ ex prudentia & humilita-
oritur, Chriſti ſapientia ſemper ami-
ciſsima. Docent iſta innumera: ſicut qui
theſaurizat, ita qui honorficat matrem;
pere, & ſermone & patientia honora
patrem: honora perſonam ſenis: viduas
honora, quæ verè viduæ ſunt. Vndè *Eccl. 3.*
num quid illi admiſiſſent, cuius eſſent *Leuit. 19*
admonendi, non dixit quod de diuiti- *1. Tim. 5.*
bus præcipe, neque quod de peccatori-
bus peccantes coram, neque illa: argue *Rom. 13.*
cum omni imperio, ſed ſeniores ne increpaueris.

L paue-

paueris, ſed obſecrant patres, reddi
ergo omnibus debita, cui tributum tri
1.Pet.2. butum, cui vectigal vectigal, cui ti
morem timorem, cui honorem hono
rem, ita colligit magnus Apoſtolu
omnes honorate: & vt ſcirent mediu
quem eſſent in honorem deferendo ſe
Rom. 12. uaturi, ita præcipit: fraternitatem cha
ritatis inuicem diligentes, honore in
uicem præuenientes, magnus igitu
modeſtiæ & deferendi honoris amato
Chriſtus, canos & grauitatem veri
fœminæ, cum dicturus eſſet ignom
re illam petitionis quanta eſſet glori
& quam diuerſa á gloria quam illa o
rabatur, reſponſum reddidit filijs d
Expende. cens neſcitis quid petatis, & vt doc
ret quæ eſſet illius gloria in hac vi
quod, quæ munera ab illo diſtribuen
da, & quam eſſent omnia diuerſa a
his quæ conceperant illi animis, ſim
& inceptum continuans de illuſion
flagellatione, & crucifixione ſermo
nem, de quo fuerant principio loqu
tus. Modum item docens quo eſſ
æterna gloria paranda & quæ ſua fut

ta eſſet dexteræ & ſiniſtræ gloria quan-
do ille cum iniquis deputaretur, con- Luc. 22.
uerſo ſermone de gloria, & honore in
Crucem, & Crucis ignominiam vt illi
prius humano iudicio illuſiones flagel-
la & Crucem conuerterant in gloriam,
ait: Poteſtis bibere calicem quem ego Textus
bibiturus ſum, aut baptiſmo quo ego
baptizor baptizari? Reſpondent illi
animo & hilari & prompto poſſumus.
Arbitror neque verba iſta intellexiſſe
illos, quemadmodum neque quæ fue-
rant de Cruce dicta, maximè quia iſta
magis obſcura ſunt & eandem cum il-
lis habebant difficultatem, de crucifi-
genda innocentia tot modis benefica,
& omnipotentia omnia quæ cumque
vellet potenti in cœlo & in terra & in Pſal. 134
mari, & in omnibus abyſſis, atque ideò
medium iſti cenſentes calicis bibitionẽ
quam quæ eſſet ignorabant & potiendæ
gloriæ feruentes deſiderio reſponderũt:
poſſum⁹. Iſta diximus nõ ꝙ arbitremur
etiã calicis amaritudine intellecta eadẽ il
los nõ reſpõſuros, quos ita diligebat Chrũs
& à qbus tã feruide diligebatur: ad multã

quidem nos non huius apud Chriſtu[m] honoris cupidi, aut alius qui concedi[t] illo poſſet, cum verus ſi ille honos, co[nſtan]tis, durans, firmus, ſed euanidi hono[ris] cuius ſunt ingenij quoſcunque huma[nos] largitur poteſtas, ad multa inquam nu[l]lo ad vires noſtras habito reſpectu, ne[q;] ad muneris onera, neq; ad redditionem [ra]tionis illorū, ambitione & cupiditate cæcati reſpōdemus poſſumus. Expen[de] rogo quod Saſonis humeros grauaſſe[nt] onera iſta, tu autē homuncio, es, cuius res tenues & qui ferre nequibis illa, p[oſ]ſumus. Expende quod huius peric[uloſæ] functionis deterruiſſent audentem vrſos & leones Dauidem, & tu natu[ra] tua timidus non poteris audere in illo poſſumus, expende quod huius mune[ris] & ſollicitudinis, tot laboribus aſſuetu[m] Iacob quem legis aduſtū æſtu & gel[u] ſomnium ab illius oculis fugientem [re]traxiſſent a capiendo munere, & quod otio & ſomno aſſuetus ferre illas, ne[qui]bis. Poſſumus: quid eſt quod homine[m] [im]pellit vt ita reſpondeat audacter & n[on] ſua imbecillitate viriū cenſeat ſuper[ior]

*Expende quid faciat bono ris cupiditas.*

1. *Re.* 17.

*Gen.* 31.



Plane muneris ineundi inconſideratio, propie cognitionis defectus, reddendæ Deo rationis obliuio, auri ſacra fames, & impotens honoris ambitio, quæ per medios ignes, vt de Ænea dicitur, tranſire impellit illum, dum potitis gaudeat, externa conſiderat, & præſentia de internis & futuris non curat ille, honoris ſplēdorem videt, manuum & pedum deoſculationem, genu flexiones, & pendentium multitudinem ab illo, plenos tumidi honoris audit ille titulos, ſplendore illo excæcatus, vt multi ſolent ſplendore Solis obcæcari, veluti alienatus á ſenſu omnia ſe poſſe dicit cum nihil ille poſſit, aut ſi poteſt, faciat aut parum, aut nihil. Communicat ille omnibus bonis ſed nō chathechizat, de lacte gregis māducat, ſed non paſcit duplici & multiplici gaudet honore, ſed non præeſt in verbo & doctrina, ſeparat ille, non vt hortatus fuit Deus, prætioſum ab vtili, ſed quod ſuo iudicio pretioſum eſt a difficili prætioſa amplectitur, difficilia in alienos humeros relegat. Calicem meum bibetis, ſedere autem

*Expende rogo iſta.*

*Vide multorum inconſideratione hominum.*

*Gal.* 6.

1. *Cor.* 9.

1. *Tim.* 5.

*Hie.* 15.

ad dexteram, Non eſt meum dare vo[...]
propter amicitiam, cognationem[...]
matris preces vt putauiſtis. Verè [...]
non eſſe tuum fatemur, ò bone, cu[...]
Pſal. 88. ſedis præparatio iuſtitia ſunt & iu[...]
cium: qui tantum æquitate mouer[...]
que eorum eſt qui te æquitatemque[...]
ſapiunt, ſed innumerabilium ho[...]
eſt hominum, qui nihil niſi hoc in[...]
tu largiuntur, aut propter amicitia[...]
aut propter cognationem, aut prop[...]
preces, propias & illorum quos va[...]
cenſet. Miſera hominum ingenia,
quæ Dei ſui oblita, & quæ quod mo[...]
ex ethnicis non feciſſent, faciunt[...]
nota enim ſunt illa Ciceronis: N[...]
eſt excuſatio peccati ſi amici cauſa[...]
peccaueris, nam cum conciliatrix a[...]
citiæ virtutis opinio fuerit, diffi[...]
eſt amicitiam manere ſi á virtute d[...]
ceris. Hæc enim lex amicitiæ ſanc[...]
tur, vt neque rogemus res turpes, [...]
que rogati faciamus, turpis enim ex[...]
ſatio hæc eſt & minimè accipienda [...]
in cæteris rebus, tum ſi quis contra r[...]
publi. ſe amici cauſa feciſſe fateat[...]

*Hic modus ſeruatur hodie a multis.*

*Grauiſſima Ciceronis verba:*

non conſiderantes miſeri, quod quæ lar-
giuntur illi ſua non ſunt, ſed Domini
qui grauiſsime in illis huiuſmodi deli-
cta puniet. Vndè de ſacris muneribus
loquens Apoſtolus appoſitiſsimo nomi
ne appellans illos quorum fidei illa ſunt
credita, diſpenſatores apellat: ſic nos
exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, 1. Cor. 4.
& diſpenſatores myſteriorum Dei. Hic
iam quæritur inter diſpenſatores: vt fi-
delis quis inueniatur. Deque ſeipſo lo-
quens, diſpenſatio mihi credita eſt. Vn
de ſui admonens muneris Titum: o- 1. Cor. 9.
portet Epiſcopum ſine crimine eſſe ſi- Tit. 1.
cut Dei diſpenſatorem. Vnuſquiſque 1. Pet. 4.
ſicut accepit gratiam inalterutrum il-
lam adminiſtrantes ſicut boni diſpen-
ſatores multi formis gratiæ Dei. Do-
mini igitur cum ſint bona quæ diſtri-
buunt voluntatem eius exquirant, vt
iuxta illam diſtribuant, quam ſuis in
literis inuenient expreſſam. Commo-
da, non illorum quos ſacris illis functio
nibus, præficiunt, ſed functionũ curent.
nullius apud illos ſint momenti, amici-
tia, cognatio, familiaritas, fauor, pre-
ces,

*Cõmodũ quod curandum.*

ces, meritorum tantum ratio hab tur; & cum quid ab illis contra iuſ æquum petitur, dicant; neſcitis qu petatis, non eſt meum dare vobis. N eſt meum, mea inquam æquitate, fide Deo, eccleſiæque ſuæ debita, d vobis petitis, qui eſtis indigni. I

*Immitatores Chriſti in reſpondendo qui ſint.*

mitatores illi ſint, & quibus reſpon ille verbis reſpondeant, etiamſi co tingant in his qui petunt, illa omn quæ in nobili iſta fœmina contigerun ſed iam multis caro & ſanguis, non c leſtis pater, quæ facturi ſunt reue illi acquieſcunt & inſeruiunt, coru ad quæ arctiſſimè tenentur, obli quod ſi quæ edocta á Chriſto ſunt a hibito reſponſo amplecteremur, neq deflecteremus ab illis, & noſtræ & m torum conſuleremus ſaluti, & reip blicæ cõmuni vtilitati, & petentes ip

*Multi affectu ducuntur.*

cogeremus digna petere, ſæpius indig petitis defraudati noſtræ, quia ſi cuiq functioni dignos præponeremus, non ſet metuẽda pęna ſed expectanda mer aliorum qui cum digni dignitatibus, p ficiuntur, quæ ſui muneris ſunt, deb abſo

abſoluunt, reipublicę, quia non propria illi commoda, ſed quæ illius ſunt procurantur illi: quibus omnibus tãta ęquitate peractis fideles ſerui haberemur, intrareque iuberemur in gaudium domini, in quod nos diuina gratia perducat, Amen.

*Luc. 11.*

## *SALVTATIO.*

*QVi nouit corda omnium, nouit & omnium neceſſitates & gaudet rogari vt conſulat illis, id illa ſonant: petite & accipietis, noſtra hodie inter innumeras alias neceſſitas, gratia eſt, præcemur Virginem impetret nobis illam. Aue Mari.*

*Mat. 25.*

L THE-

# THEMA.

## Domine tu noſti cord omnium. Act. 1.

*Expende*

MVLTA quidem ſunt & rabilia illa, quæ in hac act um Apoſtolicorũ parte, q vice canitur aut legitur ep ſtolæ continentur, multa quæ ſtantes c metu eſſe iubeant ne cadant: qui eni

*1. Cor. 10*

viuẽdi modꝰ excelſior, ſublimior, aut fectior quam in illa viuere religione, qua Chriſtus paucorum illo tempore re ligioſorum caput erat? Aut qui locus tuit videri magis munitus: aut quæ o magis ſecura dormire quam illa q Chriſto gaudebat paſtore: quæ dicere p tuit merito: ſi ambulauero in medio v bræ mortis non timebo mala, quia t mecum es? Aut qui honos potuit op ri ſplendidior, quam Domini Apoſtol &d

*Pſal. 22.*



& dici & eſſe? Cum illo colloqui & illius menſæ aſsidere, illius doctrinæ ſemper eſſe auditor, perfectionis vitæ illius & miraculorum continuus eſſe ſpectator? Ad hunc dignitatis, honoris, & felicitatis verticem exaltatus eſt Iudas, ſed ſubito culpa teterrima ſua, & diaboli inſtigatione puerſiſsima cui auſcultauit miſer: è diſcipulo redditus eſt proditor, ex amico hoſtis, ex oue lupus ex homine Diabolus, è que ſtatu celſiſsimo, & feliciſsimo deturbatus in ſtatum deiectiſsimum & infeliciſsimum.

*Expende de quam multis et magnis gaudebat Judas.*

*Miſerandus Iudæ caſus.*

Iſta expendens magnus Gregorius, grauiſsimæ & vtiliſsimæ doctrinæ grauiſsimus autor, ita explicat carmen illud Dauidicum: eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, ac ſi diceret tua mihi tantum protectio ſecura eſt, tu ſi mihi locus fueris munitus eris in expugnabilis: Video enim e paradiſo eiectum Adamum, è cœlo diabolũ deturbatum, ex Apoſtolatu Iudam, eſto igitur tu mihi ô Deus in protectorẽ & locũ munitũ vt ſaluũ me facias. Hinc idẽ has Iudiciorũ diuinorum profunditates demi-

*Grego. li. m. 29. c. 9.*

*Diabolus neque locum, neq; munus neque perſonam veretur.*

demirans ita in horum verborum expli-
*Expende* Macedonum aut Perſarum, quæ iã ſu
euerſa, & quorum tantum manent no
na, ſed in regno, quod eſt omnium ſæcu
lorum, in ea dominatione quæ eſt à ge
*Pſ. 144.* ratione in generationẽ? Sed diuini am
ris expendenda vis eſt, qui non conte
tus Petro conceſſa poteſtate, neq; qu
illa in commune populi beneficium g
derent ſemper illius ſucceſſores, ſacer
tes eſſe apud nos volunt, mira etiam
*Sacerdotii admiranda poteſtas.* tute gaudentes, volunt inquam ap
nos eſſe & ex nobis Heliſeos, qui nos
leprã mundẽt, ſine hoc ꝙ in peregrin
*Re. 5.* capetamus, vt fecit Naaman Syrus
quærendos illos. Sunt apud nos med
noſtr

oſtrorũ morborum, ſint iudices qui no
ras cauſas examinent, iudicent, ſenten
am ferant, damnent, aut abſoluant: ſint
ui vincula ſoluant, quibus nos metip-
s peccantes ligamus, ſint qui cœlos no
s aperiant, quos noſtræ occluſere cul-
æ. O nos beatos, ſi tantis, vt par eſt, be-
eficiis, immenſas pro illis gratias Deo
entes fuerimus vſi in gratia, vt perem
potiamur gloria.

SALVTATIO.

*Ptauit Chriſtus ſuauiſſimus & doctrina & exemplo tantam in ſuis paruulorum imarum cupiditatem gignere vt fatigatus itinere pro laboris & fatigationis refacilla ... inde parandæ vnius mulierculæ anima ... agit, autem verbo ſuo illam inſtruendo ... doceat, verbo Euangelico ſuos parandis illis ... ſonos: & ſe indignis illius imitatores fu... parandis illis agimus verbo ſuo, precet ... virginis interceſſione ſuam nobis grati... concedat vt operariis potiamur. Aue Maria.*

# THEMA.

**Ieſus autem fatigatus ex itinere ſedebat ſic.**

NIHIL á Chriſto optimo maximo dicitur aut fit, quod non ingentē pariat admirationem viro conſiderato, & ſapienti. Sed quæ hodie & dicuntur & fiunt ſupra omnē admirationē ſunt. Quis imprimis non miretur cum audiat, quod fatigatus ex itinere ſedebat, Quomodo enim *Mat. 11.* det & quietem, & refocillationem dare poſſe laborantibus & fatigatis qui fatigatur? & tamen inuitauit ille illos, dicens venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiam vos. Eo *Luc. 9.* ſunt modo quo alia non minus mirabilia iſtis. Quomodo de eo qui ita fuit pauper, vt de vulpibus & volucribus di-



xerit: vulpes foueas habent & volucres cœli nidos, filius autem hominis non *2. Cor. 6.* habet vbi caput reclinet. Dixit Paulus *& 8. & 9.* quod nos locupletabatur, fatigatur igitur ille, vt nos quiete gaudeamus; egenus fit vt nos illius inopia faciat diuites; & hoc eſt quod nobis ſummæ debet eſſe admirationi: nam quod quis pauper eſt alicuius amore & pro illius commoditate pauperior fiat, & qui laborator eſt, magis laboret vt qui diligit quieſcat, dignum quidem eſt admiratione gratitudine, & euenit id rariſsime. Quotus enim quiſque adhuc & liberos ſuos ita diligat vt laboret vt quieſcant illi? aut inops magis fiat vt illi fiant diuites? At *1. Reg. 2.* quod ille cuius ſunt cœli & terra & plenitudo eius, & qui pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat, cuius tam *Pſ.* ſunt innumerabiles diuitiæ, vt inueſtigabiles illas dixerit eſſe Paulus, is egenus fiat vt nos ſubleuaret, hoc & *1. Cor. 8.* cœlites, & terreſtres non admiratione ſufficient, ſed ſtupore, non quia ita loquutus eſt magnificus huiuſmodi excellens beneficium, & eius gratiam domini noſtri

Ieſu

Ieſu Chriſti qui propter vos egenus fa
eſt cũ diues eſſet vt illius inopia vos di
tes eſſetis, verba expende, & quam di
1. Cor. 4. tes nos illius fecerit inopia mirare.
In omnibus diuites facti eſtis:
Iam diuites facti eſtis.

Quod is per quem quieſcunt om
quæ in terris ſunt, & rerũ omnium q
eſt, is laboret, & fatigetur, vt te à lab
re liberet & quieſcas hoc ita rarum e
Pſal. 65. mirabile vt mirabilibus ab illo factis m
rito poſſet aſcribi. Nam conuertere m
re in aridam, & facere vt ſui, flum
Pſal. 92. tranſeant ſicco pede, id imperio fec
laborando, ſed quod proprio id ſua
re hoc & magis charum illi & nobis m
*Vnde eue-* gis glorioſum quos tanti habuit & am
*ner. tChri* uit. Sed vnde illi venerit fatigatio op
*ſto fatiga* tet intelligamus: Solent enim hum
*tio.* principes fatigari ex nocturna & di
venatione, & rebus his ſimilibus,
cogantur hi ſedere ad fluminis ripas
ad ſcaturientium fontium margines
itinere, inquit Euangeliſta: at quorſ
iter ille carpſit, aut quare pedes à vt an
mas venaretur, hæc illius venatio



ſunt illius venatione dignæ quia præ
tioſiſsimæ ſunt, quia non niſi ab ipſo ve
nari poſſunt, & pedes inceſsit, qui ſuper
pennas ventorum ambulat, & ponit nu- Pſa. 103.
bem aſcenſum ſuum vt maior eſſet ini-
tas labor, vt in nihilo ſibi videretur in-
dulgere ex his quæ ad animorum ſalutẽ
ſpectant, & in propriam demiſsionem &
illorum exemplum quos moribus ille &
doctrina ad ſimilia inſtruebat, vt paran- *Exemplũ Chriſti.*
darum animarum illos incenderet cupi-
ditate, & vt pro illarum lucro & quiete
ſibi ipſis exemplo magiſtri non parce-
rent, ſed itinera carperent & fatigaren-
tur: Huiuſmodi enim ſacra exempla ita *Exemplo*
diſcipulorum animis inſederunt, vt lon- *Chriſti*
giſsima poſtea illi itinera pro animarũ *excitati*
ſalute carperent, in Hiſpaniam Iacobus, *Apoſtoli.*
in Indos Thomas & Bartholomeus, &c.
Innumeris illi laboribus fatigati non
defecerint, ſed extinctus eſt in nobis di-
uinus hic ignis, & parandarum animarũ
cupiditas, impuris alijs & deiectis cupi- *Ignis cha-*
ditatibus ſuperata, nobis ipſis indulge- *ritatis in*
mus, otio vacamus, labores fugimus, la- *multis ex-*
bor. at animæ dummodo à labore ſint *tinctus.*
corpora

corpora noſtra libera, irrequieta ſim…
le, dum corpora noſtra quieſcant, …
ra illa carpant tenebrarum, dummo…
nos non acingamus itineri. Non ma…
nos illorum mala tangunt quam ſi a…
mæ non eſſent, aut nos exanimes eſ…
mus, & quod magis mirum eſt facim…
id qui conducti ſunt & non exigua me…
cede ab illis ipſis animis, vt pro illis…
larumque ſalute commoditate & quie…
laborent, & itinera carpant, ita quod…
tantum quia charæ illæ erant Deo, &…
illo illis commendatæ, tenentur labo…
re ſed quia conducti. Veriſsima illa ſu…
Pauli, & humanæ & diuinæ conſona…
tioni, & ſi excelſiori ille præditus an…
1. Cor. 4. mo alia fuerit ingreſſus (vt ipſe doce…
Theſ. 2. vias memores eſtis fratres laboris noſ…
6. & 5. & fatigationis, nocte & die operant…
nequem veſtrum grauaremus, prædica…
mus in vobis Euangelium Dei, …
1. Theſſ. 5 ſunt, vt diximus, veriſsima, quis milit…
1. Cor. 9. ſuis ſtipendijs vnquam? quis paſcit gr…
2. Tim. 2. gem & de lacte gregis non manducat…
nos vobis ſpiritualia ſeminauimus m…
1. Cor. 9. num eſt ſi nos carnalia veſtra metamus…

Neſci…



Neſcitis quoniam qui in ſacrario operan-
tur quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui alta-
rio deſeruiunt cum altario participat, ita
& dominus ordinauit ijs, qui Euangelio
annũtiant de Euangelio viuere, commu- Galat. 6.
nicat is qui catechizatur verbo ei qui ſe-
catechizat in omnibus bonis, & his ſi-
milia habes. 1. Theſ. 5 6. & 1. ad Thimo.
5. c. & 2. ad Thimot. 2. b & Heb. 13. b in
quibus omnibus apertiſsimã vides pro-
poſitam fatigationem, militandi, paſcen-
di, ſeminandi, catechizandi, prædicãdi,
& cũ Chriſtus ſuos inſtruebat dixit dig-
nus eſt operarius mercede ſua, non dixit Luc. 20.
ſibi indulgens, opus recuſans, otio vacãs
ſed operarius. Magnus Gregorius & vi-
gilãtiſsimus paſtor: Quid nos ô paſtores D. Greg.
agimus quãdo mercedẽ conſequimur, &
tñ operarij nequaquã ſumus? fruct⁹ quip-
pe ſanctæ eccleſiæ in ſtipẽdio quotidiano
percipim⁹, ſed tñ ꝓ æterna eccleſia mini-
me in prædicatione laboram⁹: Pẽſem⁹ cu-
ius dãnationis ſit, ſine labore ꝑcipere mer-
cedẽ laboris, ecce ex oblationib⁹ fideliũ
viuim⁹, ſed quid ꝓ animabus laboram⁹?
Sed nos, iam in noſmetipſos oculos cõ-

uerta-

dertamus, & qui quodammodo in...
rigidiſsimus; id grauitate negotij exig...
te, in noſmetipſos non ſumus remiſſ...
in noſtrarum animarum commodis...
pentes: pro quibus fatigatus eſt Chriſt...
quorum ille quietem propria fatigatio...
curauit? Plane noſtram, in perpetuo fu...
ſemus labore, ni ſua ille fatigatione...
raſſet illum. Quid igitur nos in tanti be...
neficij memoriam & gratitudinē pr...
mus, aut in quibus nos pro illius nom...
nis gloria, & noſtrarum animarum ſal...
te, quæ ita ſunt illi chara, laboramus, ...
fatigationem vſque? Cum tamen cert...
ſsima iſta ſint vnuſquiſque propriam m...
cedem accipit ſecūdum ſuum laborem.
O glorioſum dierum & qui merito di...
re potuit: eſtote imitatores mei ſicut e...
Chriſti. Audi quid dicat in labore & ...
na, in vigilijs multis, in fame & ſiti in ...
gore & nuditate præter illa quę extrin...
cus ſunt inſtātia mea quotidiana, ſolli...
tudo omnium eccleſiarū, &c. in labo...
bus plurimis, in carceribus abūdantius...
in plagis ſupra modum, in mortibus fre...
quenter: gratia eius in me vacua nō fuit...

*In nos cō uertamus oculos.* — *1. Cor. 3.* — *1. Cor. 3.* — *2. Cor. 11.*



...abundantius illis omnibus labora- *1. Cor. 15.*
...& vt laborent ſuos hortatur: in omni-
...bus labora, opus fac euangeliſtæ, miniſte- *2. Thi. 2.*
...rium tuum imple: nunc autem multi laſ-
...ſamur quidem, ſed in via iniquitatis & *Sapien. 5.*
...perditionis, in vijs illis ſalebroſis & dif-
...ficilibus.

Chriſti quanta fuerit fatigatio oſten-
dunt plane quod ſederit ille, impulſus
omnino neceſsitate ſedit. Nam & eſtum
& famē & fatigationem ex itinere, quia
verus ille homo erat, patiebatur, noſtræ
...ſsiones non ſemper labores pro Chriſti
gloria ſumptos & animarum ſalute indi
cant. Quauis de cauſa ſedemus & vaca-
mus, nobiſque indulgemus. Inſtruxit
etiam hoc exemplo ſuos Chriſtus qui in-
numera & grauiſsima illa vna eademq;
ſe ſemper docet, vt ex accubitu in domo *Doctrina ex exemplo.*
Phariſæi, quod non eſſet acceptor per- 
ſonarum, quod Doctorum conuiuia, do- *Luc. 7.*
ctrina ſunt cōpenſanda. Exſaturata pau-
cis panibus multitudine: quod miſeri- *Joan. 6.*
cordia in pauperes hilaris futura ſit, faci
lis, abundans, & quod inquirentes domi *Pſal. 83.*
num non minuentur omni bono. Exſuſ-

 citato

*Matt. 8.*

citato Centurionis puero diuina vir[tute]
& quomodo adſit ille afflictis & hum[i-]
lium preces exaudiat, vitæq; re & mon[ſtra-]
ſit dominus: ita & hoc opere vnum i[l-]
lud cũ ſit & prædicta docuit & quæ d[ici]
poſſint innumera. Docuit igitur in[ter]
multa illa, licere ſuis ex initis pro no[mi-]
nis illius manifeſtatione & animarum [ſa-]
lute laboribus aliquando quieſcere, c[eſ-]
ſare, & honeſtas corpori & animo cap[e-]
re recreationes, ideò ſedens ille, iuxta[]
tem ſedet, huius enim pietas nõ ad ſuo[s]
tantum, ſed ad iumenta in ſuorum vſ[um]
creata extenſa eſt, quæ ſignatis tempor[i-]
bus vt à labore ſint libera iubet. Sept[i-]
mus dies ſabbati eſt, ideſt requies dom[i-]
ni Dei tui, nõ facies in eo quidquam op[e-]
ris tũ & filius tuus & filia ſeruus, & anc[il-]
la, bos & aſinus & omne iumentũ tuum.
Non ſ horum vacationes eo ab illis ca[-]
piendas animo vt ardentius poſtea, & m[a-]
iori cum virtute labori valeant incub[e-]
re, ſed ne labore ſuccumbant, quieſc[it]
quodammodo ille ſuorum quiete, & g[ra-]
ti eo modo ſunt illi cum hoc animo qui[e-]
ſcunt, quam cum laborant, Et benedix[e-]
runt

*Labores opportu-næ reque-mo- eran-di.*

*Exod. 16 & Deute. 5.*



[...]unt Deum Patrum ſuorum quidedit il-
[...]s remiſsionem & refrigerium vt aſcen-
[...]erent & ædificarent templum.
Et deſe ipſo Paulus ita loquitur: De-
[...]t dominus miſericordiam Oniſiphori
[d]omui, quia ſæpe refrigerauit me. Vt ve-
[ni]am ad vos in gaudio per voluntatẽ Dei
[&] refrigerer, vobiſcum. Sed iam quid
[fa]ciat ille cum ſedet, cum quieſcit expen-
[de] vt ſcias quales ſint tibi futuræ quietes
[&] quomodo ille á labore quieſcat. Sed
[i]mprimis expendamus illa, quæ non ſine
[m]agno ſcripta ſunt myſterio, & illo mo-
[d]o ſcripta. Hora erat quaſi ſexta, vt ſcias
[q]uod diuinus noſter Iacob ſuarum ouiũ
[a]more & ſi ſumme ille erat delicatus,
[n]on æſtum, non frigus, non famem,
[n]on laboris genus aliud recuſat, ſed pe-
[d]es, & feruenti ſole pergit animarum ſa-
[l]utem inueſtigaturus.
Expendamus etiam, quam ſint verita-
[ti]s amicæ diuinæ litteræ, quia nondum
hora erat ſexta cum tamen quaſi ſexta
hora eſſet, ita loquitur, hora erat quaſi
ſexta & hac phraſi dicendi multoties
[t]ibi ſunt vſi, vt ſciant quam ſit Deus

*3. Re. 4.*

*2. Thi. 1.*

*Rom. 15.*

*Expende.*

*Gen. 31.*

*Diuinæ literæ veritatis amicissimæ.*

De' qui veritatis eſt veritas amicus, & a-
*Ioan. 6.* micus mendacij. Diſcuebuerunt viri nu-
mero quaſi quinque millia. Erant ſa-
*Mar. 8.* deę ſex hydriæ capientes ſingulæ me-
tas binas vel ternas: Manſit autem Ma-
*Joan. 2.* ria cum illis quaſi menſibus tribus, & ip-
ſe Ieſus erat incipiēs quaſi annorū trig-
*Luc. 1.* ta: erat Bethania iuxta Hieroſolyma
quaſi ſtadijs quindecim.
*Luc. 3.* Veritas & á prophanis magni habi-
mendacium & ab illis ipſis deteſtatu-
*Ioan. 11.* Duo ſunt opera ſapientis vnum eſt no
mentiri de quibus nouit, aliud menti-
*Veritas & a pro phanis ma gni habi ta.* tem poſſe manifeſtare, & aliud ſimpl-
veritatis oratio eſt, nec variarū opus ha-
bet interpretationum, iniquus autem ſ-
mo ægrotans inſeipſum medicamini-
opus habet ſapientium, medacium ill-
*Ariſt. 1. Elēch.* rale eſt, veritas generoſa. Venit autē m-
lier de Samaria haurire aquam. Non d-
*Euripid.* plicet illi qui vt ſiti ſuccurrant hauſtu-
*Text.* vadūt aquam, neque qui quęſitum pa-
*Cura re- rum neceſ ſariā gra ta Deo.* vt ſuccurrant fami, neque qui neceſſi-
tum omniū quas patiuntur, remedia c-
rant opportuna, paratum cibos fuera-
diſcipuli, hauſtum aquam veniebat m-



lier de Samaria. Diſplicent illi qui non
necesſitate, ſed vt gulæ inſeruiant nul
parcunt ſumptui, quorum Deus ven-
*Phil. 3.* ter eſt. Quos audire cuperem Ciceronis
illa, vt qui metu ſalutis animæ non abſti
nent, metu ſalutis corporis quod ita ve
*Cicero pro Marcelio* hementer amant abſtineant. Vitiū ven-
tris & gutturis non ſolum minuit ætatem
*Gregor.* ſed aufert: Vnde egregie Gregorius, gu
e vitio reciſo, multa ſimul vitia ſubiu-
gantur, & iterum: gula, innumera vitio
rum agmina ad animæ conflictum pro-
*Pſal. 46. & 112.* ducit. Sed mirare rogo quod cum ita ma
gnus ſit, vt magnitudinis illius non ſit fi
nis, ita excelſus vt ſuper cœlos illius ſit
*Chriſti in omnes hu manitas.* gloria excelſa, non dedignatur mulie-
rem alloqui vulgariſsimam, mulierem la
genam portantem, & ad hauriendam a-
quam venientem? Huius ſupremi inge-
*Chriſti i- mitatores qui ſint.* nij imitatores ſunt illi, qui & ſi populo
prælati & maiores habeantur, omnium ſa
lutē ſitientes, nullū de quo illa ſperatur
ſuo cōſpecto alloquio cenſent indignū.
Sed quid nam illa eſt Mulier? non ne &
*Geneſ. 2.* hæc factura illius eſt, faciamus ei adiu-
torium ſimile ſibi: non ne vera illa ſunt

in quibus illius maxime in menſa bo-
Sap. 6 tas manifeſtatur, quoniam puſsilum,
magnum ipſe fecit & æqualiter eſt illi
ra de omnibus: non ne & nobis exe-
plum ille in omnibus dabat, vt illius v-
ſtigia ſequeremur? Et ideo diuino ſuo
lâ dignatus eſt alloquio, vt nullius m-
genus, neque conditionem, nos noſt-
præ faſtu dedignaremur alloquio. Q-
nam hæc erat mulier, non ne peccat-
1. Thim. 1 illa erat? Quærebat autem ille peccat-
res, qui auri pretium nouit è luto ele-
illud, vnionem ex puluere, qui medic-
Similium vim expē de. eſt nullius conditionis homines infir-
& ſua indigentem opera aſpernatur,
quanto humilior es, & illius ope maxi-
indiges, & ipſe præſtantior eſt, & grati-
curat, tanto ille laudabilior, & de pa-
Matt. 9. erga minimum filium laborantem, d-
cem erga militem, dominum erga ſe-
uum, paſtorem erga ouiculam ſcabie-
fectam, par eſt laus, qui tanto magis l-
dantur quanto ad minora ſe dimittun-
& omnium curam habent nullo con-
tempto, ſed quāta ſit illius humanitas
benignitas mirentur & Angeli, ipſe col-
loquium

loquium exorditur, ipſe anſam ſaluan- Expende ador. ad 3 Chriſti clemētia
-æ quærit fœminæ, ipſe petit, & vt petat
illa ſummorum ipſe beneficiorum largi-
tor, docet, ipſe à re præſenti ſumit ar-
gumentum, vt prodeſſe poſsit illi, vt
ſibi facit ſæpiſsime. Nihil fere vnquā Luc.
fecit ex quo ſtatim ſalutarem doctrinę
-ccum non elicuerit, vt illius ſaluanda Joan.
-m animarum cupiditatem mireris, &
ab illo ſimilia facere diſcas, & quam ſit
illi gratum inſtruēdi & docendi munus
intelligas, tranſituſque facere ſcias, à re
viſibili ad inuiſibilia, á corporali ad ſpi- Vtilis doctrina.
ritualia: vt feciſſe illum vides ex corpo-
rali aqua ad ſpiritualem, ſunt acceptiſsi-
mi illi huiuſmodi aſcenſus & vt ſic di-
cam volatus; è ſolo ad cœlum, ex cor-
pore ad animum, capiunturque animæ
hoc ſalutari laqueo & cupida induſtria.
Admirare colloquij exordium ab illo
inceptum, qui ſumma ſapientia eſt:
Da mihi bibere. Et fortaſſe externum Sitis Chriſti ſua po- ...
ille ſitiebat potum præ æſtu & progreſ-
ſu diei, & itineris fatigatione, ſed celſior
ſitis quæ vehemens erat ſemper in illo ſa-
lutis animarum ita hāc ſitim excellebat,

 vt

vt illius quodammodo obliuiſceretu
euenit quidem & in ſuis id ſæpiſsime,
& potus & cibi obliuiſcantur illi, vt a
mæ alicuius ſaluti conſulant, & vt h
ſitis obliuiſci etiam faciat illis ſitis pa
dæ rei, nominis, honoris & rerum al
rum quas in pretio habet mundus. N
*2.Cor.12. & 1.Co.9* ne innumera Pauli teſtimonia ſonant
ſta: non quæro quod mihi vtile eſt,
*1.Cor.10* quod multis vt ſalui fiant: paratus ſu
venire ad vos & non ero vobis grau
non quæro quæ veſtra ſunt ſed vos: ne
enim aliquando fuimus in ſermone a
lationis, neq; in occaſione auaritię, De
teſtis eſt, neque quærentes ab hominib
gloriam neque à vobis neque ab alijs.
Nullius aurum aut veſtem concupiui
*Act.20.* cut ſcitis.

*Extinctæ in Paulo rerum ter renarum ſitis quæ ſit ratio.*

Quænam tam extinctæ in Paulo re
externarum ſitis cauſa fuit? Omnino
terna, & quam habebat ille parandaru
animarum: non ita ardentem ſitim fr
dæ ſedat potus, vt rerum externarum ſ
tim, ſitis internarum & æternarum. Se
potētem mirari licet largitorem omni
& aquam petentem, qui parat terræ plu
uiam



uuiam, ſed petit vt donet ille, non po- *Pſa.146*
eſt ſui obliuiſci. Et vt ad petendum ma-
ora inuitet, & quoties quid petit hoc ani
mo petit.

Prebe filij mihi cor tuum, vt mille id *Prou.13.*
bonis ditem, vt me illud in habitātē, me
cum illi veniant bona omnia, vt ſedes ſit *Expende.*
illud ſapientiæ diuini ſpiritus domiciliū
et theſauri in illo cœleſtes reponantur,
pellatur ab illo omnis mæror & nubi-
la omnia, petit igitur vt det, qui ita ad lar *Chriſtus*
giendum eſt propēnſus, vt hoc illius mu *petit vt*
nus: qui autem effecit nos in hoc ipſum, *donet.*
Deus qui dedit nobis pignus ſpiritus &c. *2.Cor. 5.*
Aſcendens in altum captiuā duxit capti *Ephe. 4.*
uitatē, dedit dona hominibus, &c. Qui *2.The.2.*
dilexit nos, & dedit conſolationem æter
nam & ſpem bonam in gratia exhorte-
tur corda veſtra, &c. Et vt vnico verbo
indicibilem eius liberalitatem miremur,
qui dedit ſemetipſum pro nobis &c. De- *Galat. 1.*
dit ſemetipſum pro peccatis noſtis, &c.
Donum enim hoc omnia cœli & terræ,
dona excellit, illius enim illa factura
ſunt, ille autem creator omnium domi-
nus & autor, cum immenſa hac liberali-

 tate

tate, & prorſus diuina effuſione par
ſima fuit omnium liberalitas Cælarum.
Qui igitur ita ſummus eſt bonorum
nam largitor petit, & petit aquam, p
aatem, vt dandi habeat ille occaſion
vilia petit vt det pretioſa, commun
det rara, humana, vt det diuina & a qu
cumque petit quod habet & dare ille p
teſt, non enim gemmam, non arg
tum aut aurum, petit à non habente,
aquam ab eo qui plura non poteſt la
ri. Diſcipuli abierant in ciuitatem
cibos emerent, non enim iugi illos paſ
bat miraculo vt pauit ſemel & iterū m
titudinem, neque deeſſe illis in hoc e
tu paſſus eſt pecuniam, quia apud ext
neos agebant, vt reſcirent Diſcipuli
tio cū oporteret parare neceſſaria. N
ab illo ſine neceſsitate ſpectare mirac
la poſt illius in cœlos aſcenſum, qui
que ſibi ipſi, neque illis, vitam c
illis in terris agenti, miraculo conſul
re voluiſſet, cum pecuniæ ſubſidi
adeſſet, vt noſcamus etiam gratam
eſſe pecuniæ in rebus neceſſarijs in ſum
ptionem & ſine quibus ſeruari nequ

*Vide & expende petendi modum.*

*Pſa. 104*

*Vſus pecuniæ deo gratus.*



ita, vt in cibo moderato, & ſobrio po
& hunc potiſsimum eſſe pecuniæ
ſum fuiſſeque illam non ſine cœli con
lio ad id inſtitutam, quia refrigerat cha
itas. Quæ autem in rebus ſuperfluis ſi
e ad cultum corporis, ſiue pabulum in
muntur nequaquam, illi gratæ ſunt,
uia moderationis in omnibus ſumme
ſt ille amicus. Tu conſidera quis e
comeſturus, qui illius aſſeſſuri
menſæ, & quibus indiguas diceres cœ
leſtes dapes, ad emendos profectos fuiſ
e cibos audis, qui non poterant non
eſſe vulgares quia inopes erant illi & pau
periſsimis contenti, & ex tempore quæ
iti cibi, quam autem exigua cura com
meatus illi tenerentur grauioribus ne
gotijs intenti explicant illa: diſcipu
li eius abierunt in ciuitatem vt cibos
emerent. Sed quid interim ille agat, &
uidimus, & vt amplius videamus o
portet: illi profecti ſunt cibos huma
nos quæſitum, res Apoſtolica digna cu
ra, vt & illius ſacer paſcatur magiſter
& paſcantur illi, Chriſtus oblatum
aut

*Chriſti ...*

*Deus moderationis amicus.*

*Iuſti ſibi non indulgent.*

*Matt. 25*

*Chriſti cibum.*

aut potius adductum ab illo ſpiritual
parat cibum, ſemper maiora medita
nunquam á negotio deſiſtens, ad qu
peragendum venerat, hoc modo á fa
gatione quieſcens, magis enim iſta f
ciens quieſcebat quam quieſcebat a
iuxta fontem ſeſsione. Dicit ergo ei m
lier illa Samaritana: quomodo Iuda
cum ſis bibere á me poſcis quæ ſum m
lier Samaritana? non enim coutuntur
dæi Samaritanis, &c. Videbatur om
no mulieri ex admiranda quæ in ill
vultu elucebat modeſtia magnus ill
ſe legis obſeruator, & mirabatur cũ o
ne eſſet Iudæis prohibitum cum Sam
ritanis commercium, quia & illorum n
men apud illos infame erat, vndè &
Chriſtum dixere, non ne benedicim
nos quia Samaritanus es? quomodo f
ſet illam ſuo dignatus alloquio, & ab i
aquam petijſſet, illi enim ruthæ & cum
ni decimatores odio, liuore, ſuperbia,
piditate infecti ſordes iſtas non vitant
eloquio ſe Samaritanorum inquinari d
cebant, idq; omni conatu vitabãt. Chr
ſtus capta iam quam optabat ex mulier
verb

*Text:* *Ioan. 8.* *Mat. 23 & Lu. 11*

verbis occaſione reſpondit, & dixit ei, ſi
cires donum Dei, & quis eſt qui dicit ti
bi: da mihi bibere tu forſan petijſſes ab
o & dediſſet tibi aquam viuam. Vide vt
enſim manu ducat in maiora mulierẽ:
ocet magnus magiſtrorũ magiſter, hũc
ſſe ſeruandum in tradenda doctrina mo
um, ſenſim enim in anguſti orificij va
aquam infundimus, nè ſemel infuſa
eſpuatur & effundatur, & infantes ſuos
acte nutrit magnus apoſtolus Paulus nõ
olido cibo, docentque id naturæ fere res
omnes: non enim Aquila primo volatu
ullos ſuos attollit in cœlos ſed paula-
im illos de terra extollit, neque qui na-
andi artem norũt ſtatim diſcipulos ſuos
in flumina profuuda ducunt, ſed in ca-
ue vix talos attingunt, neq; tenero iumẽ
o & inſueto oneri grauiſsimum ſubito
imponitur onus. Id exemplo docet pro-
prio, modi & ordinis autor, & amator. Di
cit ei mulier: Domine neque in quo hau
rias habes & puteus altus eſt, vnde ergo
habes aquam viuam? expende mulieris
argutiam, quæ humanæ ſapientiæ typus
eſt, quæ cum maiora neſciat, ſtatim im-
poſi-

*Text.* *Modus in docendo ſeruandus.* *Expende quam ſint certa quæ ſimiliа docent.* *1. Cor. 3. & Heb: 5. & 1. Petr. 2:* *Text.* *Typus humanæ ſapientiæ.*

poſsibilia cenſet quæ illa non capit, quæ humanis modis & viribus non fi-

*Fœmina rũ ingenium.* Raræ quidem ſunt fœminæ in quibus ingenium deſit facilè & argutum, & promptum, indecens ad reſpondendum, nam omnes ingenij ſui acie vtantur eo quo Rebeca modo, quæ ſua induſtria

*Gen. 21.* benemerito filio Iacob benedictionem venata eſt paternam, dum venatum

*Gen. 27.* profectus fuit Eſau, aut quo Iahel, quæ

*Jud. 4.* populi ſui inimico & vexatori Siſaræ aquam petenti, lactis potum propinauit vt ſomno ſopiretur ille, & illo clauo transfixo, ſalute & libertate gauderet populus, vterenturque ingenio & lingua

*1. Re. 25.* eo quo Abigail vſa eſt modo, quæ incenſum Danidis pectus ſermone ſedauit, & ſe virumque ſuum & familiam ab illius vindicta eripuit, aut quo mulier illa quæ quod difficile ſibi videtur vt obijcit in-ter reſpõdendũ Chriſto, neq; inſulſe quidẽ aut importũe ſed ſapiẽter & grauiter. Sed diximus humanæ illam ſapientiæ fuiſſe Typum quæ ſtatim impoſsibilia, & iudicat & dicit quæ ſtrictis ab illa cogitatis, aut in uentis modis non fiunt. Obijcit

Obijcit ſtatim, puteus altus eſt neque in

*Text.* quo haurias habes vides quæ fœmina lo-quuta eſt, ignara potentiæ & ſapientiæ

*Pſal. 146.* illius quocum loqueretur? An neſcis ignara ſapientiæ, quod non ſunt viæ Dei ſicut viæ hominis? Quod numerari nõ

*Pſal. 95.* poteſt numero caret ſapientia illius, neque metiri poteſt quæ ſine fine eſt magnitudo, neque vllis arctari terminis omnipotentia, cur igitur anguſto tuo cyatho exhaurire vis maris abyſſos; & manu cœlorum tãgere culmina? Audi Propheta quis

*Pſ. 144.* aſcendit in cœlũ, & accepit eã & eduxit eã

*Baruc. 3.* de nubibus? quis trãsfretauit mare & inuenit illã? nõ eſt qui poſsit ſcire vias eius.

*Expende.* Colubri prudentia eſſet indignũ cenſere nihil ſe à terra poſſe tollere quia ſerpit humi ipſe, ſerpit quidẽ ille, ſed volat columba, volãt accipitres & cũctis celſius volat aquila, illa vt percipi oculis illa nõ poſ-

*Pſal. 65.* ſit, ſine nauigijs nõ poſſe tranari maria humana cenſebat ſapientia at conuertit ipſa, mare in aridam & transſierant filij Iſrael per ſiccum in medio eius, ſine bõbardis & ariete crebro æquari ſolo

*Ioſ. 6.* mœnia nõ poſſe cenſet humana ſapiẽtia, & tu-

& tubarum crebro ſonitu corruere H
rico illa. Quin & oppoſitis ſæpe huma
ſapientiæ modis operatur ille multa,
*1. Cor. 1.* ſtulta reddatur, illa vt ſapiens fiat, ac
ſi placuiſſet illi & ſi puteus altus eſſet
ex quo mulieris iudicio non haberet
quo hauriret aquam, potuiſſet dare viu
ſed non de terrena & quæ in terræ ve
latet loquebatur ille, non enim magnu
eſt dare illum quod terra dare poteſt &
illa manat, ſed de diuina cuius ille di
tur fons & quæ fluit tantum impetu
*Eccl. 1.* cœleſti Libano, ſed vide odoratur iam
*Cant: 4.* iora mulier. Nunquid tu maior es pa
noſtro Iacob qui dedit nobis puteum
ipſe ex eo bibit, & filij eius & pecora ei
*Text.* Egregium quidem eſt & laude dign
ea inſignia in communes vſus quemp
*Duratio nominis grata deo* dum viuit opera edere, in quibus illi
nomē perpetuo duret, ſed illa magis eg
gia ſunt quæ bonis ſcaturiunt quibus
ſerorum ſedatur ſitis, aut fames, morb
*Humana vita miſeriarum fons.* pellitur aut humanæ vitæ incommod
alijs ſuccurritur, nam quemadmodū h
mana vita fons eſt incommodis iſtis
miſerijs perpetuo manās: ita fontes al
e



oportet bonis & commodis perpetuo ma
nantes vt habeant calamitates illæ & mi
ſeriæ remedia quibus illis ſuccurratur.
Vt omnino ſunt fōtes bonis ſcaturiētes
in captiuorum libertatem, in curationē
infirmorum, in deſtitutorum pupillorum
ſubſidium, in puellarum pauperum nup- *Fontes clementiæ.*
tui traditionem, & his ſimilia, quæ meri-
to autorum ſuorum nomina retinent, vt
retinet fons Iacob.

*Text.* Reſpondit Ieſus, & dixit ei: omnis qui
bibit ex aqua hac ſitiet iterum, ſed qui bi
berit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſi-
tiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquæ
ſalientis in vitam æternam. Nihil ex ter-
ræ vnquam fontibus manauit quod ſi
tim extinxerit quinimo multa in illa
ſunt quæ ſitim epota augent & quæ
quo plus bibuntur hoc ſitiuntur magis, *Sitis varia.*
non quia illa digna ſiti ſint, ſed hominū
infirmitas huius eſt cauſa moleſtæ ſitis,
ſonant iſta & teſtimonia multa ſacra etiā
& profana, tam eſt enim huiuſce rei veri
tas manifeſta, vt & humanæ literæ quæ
diuinarum literarum comparatione ſtul
tæ ſunt & infimæ attigerint illam.

Et bibent ſitientes diuitias eius, non
*Iob. 5.* tiabitur oculus cupidi, vndè harum re
optimè cognita natura & quā ſint illa
*Eccl. 14.* ſedandam famem & ſitim inſufficien
tes, Propheta dixit: quare aſſumitis ar
tum & non in panibus, & laborem v
ſtrum & non in ſaturitate? Et in hac ſ
*Eſai. 55.* fameque laborantes illa eiuſdem proph
tæ ſunt, canes impudentiſsimi neſcien
*Eſai. 66.* ſaturitatem, pro humanis teſtimoni
*& 56.* innumeris ommiſsis illud nobis abund
ſufficiat Ciceronis, qui poſt habitu
*Cicer.* ſermonem de rebus mundo pretioſis pr
bans illa bona non eſſe dixit? Ego no
opes, neque tecta magnifica laudo qu
rebus his circumfluentes ea maximè de
ſiderare video, quibus abundant, neq
*Sitim* expletur neque ſatiatur cupiditatis ſiti
*quid ſe-* Quod vnice ſitim ſedat, diuini ſpirit
*det.* aqua eſt. Refrigerat ille animum & o
nem indignum æſtum tollit, euellit c
piditatis radicem, nihili ducere fac
inanes honores, facit homines nil ad
mirari (vt ille dixit) & hac infirmoru
ſedata ſiti, aliam excitat Chriſtiano di
nam viro, quæ non fatigat, non mole
ſta



at, ſed recreat, refrigerat, exhilarat, & *Sitis quæ*
illa affectos reddit beatos, beati qui eſu- *recreans.*
riunt & ſitiunt iuſtitiam, concupiuit ani *Matt. 5.*
ma mea deſiderare iuſtificationes tuas in *Pſal. 118*
omni tempore, portio mea Domine, di- *Pſal. 61.*
xi cuſtodire legem tuam, ſitiuit anima *Pſal. 41.*
mea ad fontem viuum, ſitiuit anima mea *Eccl. 24.*
in te Deus, ſitiuit in te anima mea. Hac
ſiti recreatos inuitat propheta, ſitientes *Eſai. 55.*
venite ad aquas, &c. Et his illa promit-
tuntur quod non eſurient, neque
ſitient in futura vita ad *Apoc. 7.*
quam diuina nos pie
tas perducat.
(.?.)

## SALVTATIO.

QVI corpora, quæ animi mancipia ſu
tantatáque clementi liberalitate bu
alit bordeaceo pane, paſcat animos Euang
co precemur vt illum hodie nobis tribuat, q
tribuit hordeaceum Apoſtolis, vt diſtribu
do omnibus quantum velint, animarum ſa
conſulatur, vtq; contingat id in omnibu
ginis puriſsimæ interceſsione. Aue Maria.

# THEMA.

## Abiit Ieſus trans mare T beriadis. Ioann. 9.

MIRA clementia Ieſu, quo innumera erant, q homines allicerent, nih omnino, quod alienar Erat ille ſpecioſus præ fili hominum, erat diffuſa gratia in labi illius

*Cũcta de ſiderabilia in Chriſto. Pſal. 44*



illius, erant illius manus tornatiles, aureæ, plenæ Hiacinthis, erat denique totus *Cant. 5.* deſiderabilis, erat ſimplicium & cãdidorum animorum cœleſtis magnes, atque ideo ſequebatur eum multitudo magna, neque multitudo magna tantum ſed mũdus totus poſt illum abibat, digniſsimè *Ioan. 12.* quidem fiebat ab illis, ſed nõ carebat ſua *Ioan. 18.* laude illorum ſtudium, qui non contenti in ſinagogis ſuis audire illum, audire & in plateis, proprijs ædibus relictis, pro *Luc. 4.* prij comeatus obliti vna cum vxoribus & filijs ſequebantur Chriſtum, ô felices *Felicitas* familias ſimiles iſtis, in quibus tota ſe- *familiæ.* quitur domus Chriſtum, ſequentes parẽtes, filij, filiæ, matres, pendentes omnes ab illo. Hęc generatio rectorum dicitur, cui *Pſal. 111.* ſuam promittit Deus benedictionem, *& 13. et* præſtant iſta omnino parentes cum illi *23.* Chriſtuum ſequuntur, inflãmant illos amore quo illi ardent in Chriſtum, & exemplo & doctrina erudiunt illos, ſunt enim iſta magnæ apud filios autoritatis, èque floribus illis mel conficiunt *Doctrina efficax* apiculæ iſtæ, & ſe mollis illa maſſa ad *parentũ* parentis exemplum format, durantque *exemplũ.*

in vaſe illo recenti qui mittuntur liq-res, & illorum odor, & quæ primo ſcri-pta ſunt in candida illa papyro non o-literantur, neque quæ in raſa illa ping-tur tabula non obſcurantur.

*Similia pulchra.*

Similes illi ſunt pannis qui ex tin-texuntur lana qui imbibitum nunqua- deponunt colorem, ſunt huiuſmodi lij patribus gloriæ, cognationi hono- patriæ decori, gloria enim patris fili ſapiens, eueniuntque illis quæ á ſa-piente dicuntur: iuſtus qui ambulat ſimplicitate ſua beatos poſt ſe filios re-linquet, obſequuti illi ſunt Pauli conſilio: educate filios in diſciplina correctione Domini, non deflecten- á Dauidicis conſilijs, quanta manda-uit patribus nota fecere filijs ſuis, & Vt ponant in Deo ſpem ſuam & no- obliuiſcantur operum Dei & manda- eius exquirant.

*Probi filii quales*

*Prou. 20*
*Eph. 6.*
*Pſal. 77.*

Sed hoc vnum antè animi oculos p-poſitum cupio, vt intelligant parente-rnatum parentum exemplum ſi laud-bile eſt omni eſſe efficacius doctrina prodeſſe poſsit filio, nam aſpectus il- conti-

continuus & nunquam ceſſans conuer-ſatio, & amor in parentes & reſpectus, faciunt euenire illis quod olim Iacob induſtria euenit ouibus Laban quæ ex aſsiduo conſpectu agnos concepe-re varij coloris vt erant excorticatæ vir-gæ ad canales propoſitæ. O quantam ſi-milis familiæ Chriſtus habebit curam & quam conſulet illi amice hilariter & copioſè, hodiernus abunde docet euen-tus. Sequebatur igitur illum multitu-do magna partim illecta ſuauitate do-ctrinæ & efficacia illius, quæ totum in-nouabat hominem, partim diuinam in il-lo potentiam admirantes: quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirma-bantur: Videbant quidem illi illa quia externa erant & expoſita oculis, qui ſi ſpectare valuiſſent interna quæ facie-bat in animis longè maiori admiratio-ne corriperentur, nam & difficiliora illa erant & vt ſic loquamur Chriſti potẽtia & maieſtate digniora: quemadmodũ qui ſæculi magnates ſunt principes, Domi-ni, & maiores, digniores notiſsimi medi-ci cura ſunt, quâ ignobiles ſerui, eſt enim manci-

*Gen. 30.*

*Cura Chriſti erga pie educatam familiam.*

*Signa quæ maiorẽ in Chriſto potentiã teſtabantur.*

mancipium animi degener corpus, animus autem princeps & dominus illius.

*Text.* Cum ſubleuaſſet igitur Ieſus oculos, adhuc in externa corporis compoſitione voluit eſſe magiſter & maximè in oculis quia hominis pars nobilior & qui quodammodo feneſtra ſunt animi, illis animus ſeſe manifeſtat ac oſtẽdit, ſit nè ille *Feneſtræ animi oculi.* modeſtus, pacificus, pudicus, miſericors, ſit ve arrogans, litigioſus, fœdus, immitis ac rurſus oſtiola quædam ſunt arcis huius corporeæ maximè obſeruanda, á quibus abeſſe non liceat cuſtodia.

*Expende.* Expende ſequentia mire dicta confirmant: *Gen. 39.* iniecit illa oculos in Ioſeph, quibus *Gen. 39.* iniectis capta illa eſt, capiatur laqueo *Iudith. 9* oculorum ſuorum, vide quã appoſitè Iudith laqueos appellauit oculos.

*Heſt. 15.* Ardentibus oculis furorem manifeſtabat Aſuerus, turbatus eſt in ira oculus *Pſal. 36.* meus: in oculis ſuis quaſi hamo capiet, *Iob. 40.* neq; elati ſunt oculi mei, ſuperbo oculo & inſatiabili corde vide non damna *Pſal. 130* tua, ſed vt eluceant in oculis latentia *Pſal. 100* in animis, quam huiuſmodi oſtiola obſeruanda oſtendunt quæ ex illorum

incauta

incauta apertione mala ſunt deriuata. Vidit Eua pomum quod erat pulchrum & aſpectu delectabile, & ex aſpectu caruit vna cum poſteritate in ingẽtia mala: *Gen. 3.* viditque mulierem ſe lauantem Dauid & animo iacuit, illo confoſſus blando telo: *2. Reg. 11* per cãcellos proſpexi iuuenem, vt proſpecto illo ad ſe inuitaret, & alliceret impudens fœmina, *Prou. 7.* vt igitur & nobis eſſet exemplo Chriſtus non dimittendi tãtum oculos quod modeſtiam indicat animi ſed extollendi & dimitit ille illos, & ad videndas & ſubleuandas noſtras miſerias tollit, auertendi igitur oculi ſunt á vanitate, aperiendi & minime claudendi ad calamitates proximorum *Pſal. 118* ſpectandas, dum ſolo non ſimus aſpectu contenti, ſed quod Chriſtus vitæ exemplum fecit, faciamus, ille conſpecta neceſſitate de conſulenda illa ſtatim agit nulla interpoſita mora, non enim differenda ſunt pietatis opera, *Pietatis opera non differenda* preſertim cum proximus laborat, vt manifeſtãt illa quia iam triduo ſuſtinent me. *Text.* Multa hic, & ingenti digna cõſideratione hiſce verbis nobis proponuntur, imprimis diuinæ be-

Pſ. 9. & 10.
Pſal. 85.
Pſal. 12.
Expende & mira re.
Pſal. 32. & 24.

nignitatis in ſuos cura, quæ non clau
ad illorum miſerias oculos, ſed certi
ma illa ſunt de illa á Dauide dicta: o
li eius in pauperem reſpiciunt, oculi
mini ſuper metuentes eum, neque vi
ille illas vt non compatiatur, vt non ſ
ueniat, ſed vt opem optatiſsimam fe
vt merito canantur de illo adiutor in
portunitatibus, in tribulatione ſper
inte qui nouerunt nomē tuum: Vnde
quando quia pro maiori noſtro comm
do demiſſos ad illas videtur habere, o
los vt Dauidi videbatur ita clamanti,
pice in me & miſerere mei: reſpice
exaudi me Domine ne ſpem depon
tuus, aut animo linquatur. Leuabit i
le illos vt hodie feciſſe videmus, & co
ſulet nobis pro benignitate ſua, ſ
quod diuino prorſus amore animos i
flāmat illa ſunt, quod momentorum h
beat ille rationem, illorum qui illu
ſequuntur. Expende & mirare quia i
triduo, &c. Suſtine igitur anima dom
num qui exhibiti obſequij momen
numerat, vt temporanea obſequia ęte
no beneficio penſet, & aduerte quod
illo



illorum qui triduo illum ſuſtinuerunt
tantam habuit ille curam, quantam ha-
bebit ille illorum qui perpetuo ſuſtinēt,
& quod non priuabit bonis eos qui am- Pſal. 83.
bulant in innocentia, beatus homo qui
ſperat in te. Sed quæſo ne opineris quod
qui in hac ſubuenit ſuis neceſsitate non
conſulet omnibus, conſulet omnino, ſu
me vexatū audis Danielē, cōſuluit illi.
Sed inter leones conſuluit, in camino
ignis conſuluit, etenim & ſi non vna, mo Dan. 6.
dique vnius fuerit tribulatio iuſtorū, ſed & 14. et
multæ, de omnibus liberabit eos domi- 3.
nus: conſuluit quidem huic neceſsitati
famis, non affliget dominus fame ani- Pſal. 33.
mam iuſti: in diebus famis ſaturabun- Prouer. 3
tur, & contingunt illis illa: inquirentes
autem Dominum non minuentur om- Pſal. 32.
ni bono. Sed veriſsima illa ſunt cla- Pſal. 33.
mauerunt iuſti, &c. Et ex omnibus tri-
bulationibus eorum liberaui eos. Vn- Text.
de ememus panes? ò egregiam conſul-
tationem & Deo dignam & ſi illi mini-
me neceſſariam, qui ſciebat quid eſſet
facturus, vt nos qui neſcimus iſtis ſi-
milia conſultemus qui enim pauperes

mo-

inopia, morbis aut quouis alio labore p
*Conſultationes Chriſtiano digne.* muntur, vnde his poterit parari incom
modis remedium? O viſcera Chriſtian
digna, ò voces, o conſultationes grati
mæ Deo, vtiles proximis, commodiſ
mæ in preſentem futuram que vitam c
*Text.* ſultoribus. Hoc autē dixit tentans eum
vt & notus ipſe ſibi fieret & nobis, &
*Curtentatur philippus.* conſtaret quanta eſſet multitudo, & q
vrgens illius neceſsitas, non enim inqu
habent quid manducent, conſtitit enim
& ex Philipi reſpōſis & ex Andreæ. E
n unt multa in huiuſmodi tentationibu
ſiue â Deo factis ſiue ab illo permiſsis
vbi maxima latere crediſſes, videbi
minora, quis in Centurione & Canan
*Matt. 8. & 15.* tantam latere fidem crediſſet ni tenta
ti fuiſſent illi? Aut quis ita demiſſam
Philipo & Andrea viris alioqui glorio
ſis? quis in fœdis illis canis & turpedi
denigratis ſenum qui inſidias parauer
*Dani. 13.* Suſanæ tantam libidinem, & in florid
Ioſeph iuuene tantam caſtitatem & pu
doris dilectionem? latuiſſent multa im
*Gen. 39.* tatione digna, ni nobis illa manifeſta
ſet tentatio, carerem uſque Theſauris il
li



illis inuiſis & abſcōditis, vt in Daniele,
in Michea qui ſuos coram regibus vario *Dan. 3.*
modo animos manifeſtarunt, in Eleaza
ro, in ſeptem adoleſcentibus. Vnde Mag *3. Re. 22.*
nus Gregorius de Iobo loquens: neceſſe
quippe erat vt magnus vir & ſanctus, Deo
ſoli ſibique cognitus, quanta virtute pol *2. Mac. 6*
leret ad imitandum cunctis innoteſceret
aperte namque alijs virtutis exempla nō
daret, ſi ipſe ſine tentatione permaneret, *D. Greg.*
actum eſt ergo vt vires, eius cunctis imi- *lib. mo. 3.*
tandas, ipſa vis percuſsionis oſtenderet, *c. 1.*
miſeranda etiam alia laterent quæ vtile
fuit noſſe vt caueremus illa.

Ipſe autem ſciebat quid eſſet facturus, *Text.*
ſcit in omni euentu quid ſit facturus, ſed
tentat nos morbis, fame, bello & infortu
nijs alijs, vt nos nobis fiamus conſpicui
& ad illum accurramus, nam vt guber- *Baſil. lib.*
natorem nauis tempeſtas, athletam ſta- *1. de pa-*
dium, milites acies, magnanimum cala- *tient.*
mitas ſic tentatio Chriſtianum hominē
probat.

Dixit Andreas: eſt puer vnus hic, &c. ve *Text.*
re noſtrę ſunt voces diffidētię iſtæ, noſtrę
computationes anguſtis qui ſumus ani-
mis

mis & viribus. Sed hæc quid ſunt int
tantos? planè pauca Andrea & inſufici
*Voces humanæ diffidentiæ.* tia ſi tu tantæ eſſes conſulturus multi
dini, ſed multa ſunt illa & quibus mini
me ſit opus, illi a quo non milliaria iſt
ſed omnia expectant vt det illis eſcam
tempore, aperitque ille manum ſuam
implet omne animal benedictione. Ho
*Pſ. 144.* latius, amplius & magnificentius eſt co
uiuium, cuncta enim inuitata ſunt & o
nibus ita abunde conſultum, vt veriſsi
ma ſint illa: & implet omne animal be
*Heſt. 1.* nedictione.

Denarijs opus fuit Aſuero, fuit Bal
*Text.* thaſari, & ciborum laborioſa inquiſi
tione vt paucos illos ſuos paſcerent co
*Dan. 5.* uiuas, ſed erant illi humani reges, at hi
noſter diuinus, neque denarijs neque
nibus opus habebat vt ſuauiſsime & ab
dantiſsime paſcat ſuos. Cum igitur
computationem illam facis homo, le
oculos, iacta cogitatum tuum in dom
no, ſpera in domino & fac bonitatem
& inhabita terram, omne tuum ſtudiu
*Pſal. 54.* in ſequendo Chriſtum appone vna cu
tu

is & labore inſta & pauca quæ habes,
n diuinis conſtitue manibus & multipli
bit ille illa. Alto repone corde Da- *Pſal. 36.*
dis illa: iuuenis fui, etenim ſenui &
on vidi iuſtum &c. Quid igitur potiſ-
mum laboraturus es illud eſt omnino
ſis iuſtus. Facite homines diſcumbe *Text.*
: ò quam facile pij corriguntur & quā
nt illa certa ſapientis, peruerſi difficile
orriguntur: vel ſola vultus mutatione *Eccle. 1.*
orriguntur probi, per triſtitiam vultus
orrigitur animus delinquentis, plus *Eccleſ. 7.*
roficit correctio apud prudentem, quā
entum plagę apud ſtultum, vir prudens *Prou. 17.*
diſciplinatus non murmurabit cor-
ptus, at de improbo & ſtulto veriſsi- *Prou. 25.*
a illa ſunt: ſi contuderis ſtultum in pi-
quaſi ptiſanas feriente de ſuper pilo nō *Prou. 10.*
uferetur ab eo ſtultitia eius, en qui de-
erunt Apoſtoli ab opinione & cōcep
quem erant habituri de magiſtri potē
, ſola iuſsione corriguntur, facite ho- *Text.*
nes dicumbere, faciuntque illi iuſsi; ſi
mana examinare vellet iſta ratio ea-
m omnino diceret quæ poſſet de fidei
myſte-

myſterijs dicere, at ſubditur omnipot
*Ratio ſubijcienda diuino præcepto* tię ratio, & diuinę ſe ſubjicit ſapiētię q
ſine numero eſt & quæ pręcipiuntur
cit, nullo inito examine, non enim
humana ratione examinanda ſunt q
Deus pręcipit ſed faciendo, ſi examin
*Mar. 16.* ſent illa Apoſtoli cum pręcipitur ill
ite in mundum vniuerſum & prædica
*Luc. 9.* Euangelium omni creaturæ aut exam
naſſent iſta, non ita fuiſſent, obſequu
Egregie igitur prudētiſsima Maria ſi
*Io. 2.* potentię & ſapientiæ conſcia dixit, in
uiuio quęcunque dixerit vobis facite
*D. Bern. de præcept. & diſpẽſat.* Hinc Bernardus verus obediens mand
tum non procraſtinat, ſed ſtatim par
aures auditui, linguam voci, pedes itin
ri, manus operi, & ſe totus intus collig
vt mandatum peragat imperantis. Ob
diunt Apoſtoli magiſtro, obſequitur
pulus diſcipulis: Erant autem Apoſto
*Inobediẽdo quōmodus obſeruandus.* orbis magiſtri futuri, & capita. Egregi
& laude magna digniſsimus ordo cum
giſtri diuinæ ſapientiæ auſcultant diſc
puli, & quæ pręcipit, illa faciunt, & p
pulus obſequitur illis, relucet tunc m
gis ordo, quam cum milites obſequun

ur ducibus, duces imperatori, impera- *Text.*
or rationi. Diſcubuerunt numero quaſi
quinque millia. Numeroſus ſatis fuit *Numeroſitas teſtium.*
ſculatorum teſtium numerus, vt veritas
conſtaret miraculi, & calumniatoribus
ocus non relinqueretur, comendatur au
em quam debeant eſſe vxores, & liberi
um viris & parentibus vnum, quando
omnes perſonæ numerantur, & quam *Expende*
debeant iſti honori cedere mariti, & pa-
entis quando ille ſolus recenſetur & nu
meratur omnium loco: Quemmadmo- *Similia.*
dum cum multi ſint arboris rami non di
cimus niſi vnam arborem, multa unius
corporis membra, non dicitur, niſi vnū
corpus, & ſi grana multa ſint, vna dici-
tur ſpica, & ſi vuæ multę, vna vitis. Ex-
pende etiam quantum oporteat maiores
obſequi Chriſto, illiuſque diſcipulis, il-
lis obſequentibus, obſequitur familia ſi
ue ſedere illi præcipiatur, ſiue ſurgere, or
do facit nequid cuiquam deeſſet ex ma-
ioribus neque ex minoribus, ſed vt cui-
que quod opus erat daretur ita vt ſupereſ
ſet, & vt facilius miniſtraretur illis, ideo
ab ordinis amatore & autore dictum, fa-

*Diſplicet Deo res inordinatæ*

cite homines diſcumbere. Non placet mus nos ſicut Dei miniſtros, &c. Sed illi confuſa & conturbata, quiſq; quod ur pane hordeaceo? vt res mirabilior fie ſui eſt muneris abſoluit, Chriſtus pan et, neque ita mirum quod manna om- frãgit ac piſces, ab illius illa manibus ac is ſaporis ſuauitatem haberet, quã quod cipiunt Apoſtoli, diſtribuuntque illa anis hordeaceus ita ſaperet multitudi- id enim datus illis fuerat panis, vt dare i, ſed id mihi mirum non eſt, nam & ſi non vt ſe ipſos ingurgitarent, vt hod uſſu domini illud pluere nubes, hunc euenit multis: Multitudo accipit, neque utem manus domini, quarum attactu ſolum miratur ordinem, potentiam, ab benedictione mirabiliora fiunt, mul- dantiam, ſed comedit auide & cum g plicarunt. Sed cur panes & piſces? vt ſtu, & ſuæ ſatisfacit fami, & diuinæ po tæ ac maris dominus agnoſceretur tentiæ liberalitatem miratur quæ ita co quod ille eſt qui multiplicat illa, om pioſê conſuluit. Mirare quanti habe aque ſubiecta eſſe illi, dominatur multitudinem Chriſtus quam non con nim ille poteſtati maris, vertit illud in tentus miraculoſis illam cibis paſcere, idam cum placet, terminos conſtituit uiuij miniſtros voluit eſſe Apoſtolos ne pertranſirent fluctus eius, ſed cur et- Apoſtolorum etiam modeſtiam miran i gratiſsimo, & ſapidiſsimo illo pane qui non ſunt dignati miniſtrare multitu umentorum paſcit ſuos imprimis vt ſe dini, & ſeruos illius fieri: honorificent aberent vt iumenta apud illum, qui ſimum ducentes quocunque miniſteri nim ita ſe habent vere ſunt homines, genere, & cuicumque illo exhibito cre & deſinunt iumenta eſſe, vnde ſapien- turæ præcipienti obedire magiſtro, hinc iſsimus cum eſſet Dauid ait, vt iumen- panis alij conſtituti diſtributores qui um factus ſum apud te, & vt notum ſie animos alit, miniſtrorum illi nomine et quod quidquid tractatur ab illo, eo gloriantur. ſic nos exiſtimet homo vt mi ito dignum eſt modo, vnde corpus quia niſtros Chriſti, &c. in omnibus exhibea pecus pecorum paſcit illud pane, animũ

*Expende vt quiſque quod ſui erat muneris abſoluit.*

*Chriſti in multitudinem fauores.*

*Panis animos alens*

1. *Cor.* 4. *et* 2. *Cor.* 4. *et Eph.* 13. *et Ga.* 1.

*Exo.* 16.

*Pſal.* 77.

*Cur panes & piſces*

*Pſal.* 64. & 65. *et* 77.

*Cur hordeaceo pane aluit ſuos*

*Pſal.* 72.

*Deus decoris & puritatis amicus.*

quia cœleſtis, cœleſti vt pote doctrina.
Erat fęnum multum, nihil ex his quę m
gni habent diuinæ literę eſt parui facie
dum, erat fęnum, neque ſuffeciſſe viſum
eſt Euāgeliſtæ ita dixiſſe ſed adiecit, m
tum imprimis, vt ſcias Deum indulge
ter tractare ſuos, & quod amicus ille e
quod ſint appoſita & munda quæ in pro
ximorum fiunt vſus, non immunda pe
turbata & confuſa & ideo iubet diſcu

*Ornatus menſæ.*

bere & ſuper fęnum, eratque locus ille
ſeſsioni, & commeſtioni, & recreation
aptiſsimus, erant igitur tapetes ex vari
colorum herbis contexti, mantilia, vt a
bitror ex floribus ibi naſcentibus, vt
mundi eſſent illi & odoriferi, nihilq
deeſſet coniuij maieſtati, & ideo etiam
ſupereſſe voluit & vt fragmenta collig
rentur quod & in regijs conuiuijs fit, fa-
xit bonitas illius vt nos æterno illo
conuiuio fruamur, in quo cibus
illi eſt, & conuiuis
gloria, Amen.



## *SALVTATIO.*

*Chriſtus quod potiſsimum ſuo aduentu intendit cæcum fuit illuminare genus, luceq́ illud ſuffundere vt fidei oculis valeret ſpectare, quod nunquam cæca valuit ſpectare humana natura. præſtititque quod in ſe fuit copioſiſsime iſtud, vnde dictus eſt, lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum, commendatumq́ poſtea fuit id munus ſacroſanctæ ſuæ doctrinæ enuntiatoribus: vnde illa illa eſt lux, præceptum domini lucidum illuminans oculos, declaratio ſermonum tuorum illuminat, ſed aſſequi illi iſtud ſine diuino beneficio & gratia minime poſſunt, precemur concedat nobis illam virginis puriſsimæ interceſsione. Aue Maria.*

*Ioan. 1.*

*Pſa. 118.*

# THEMA.

## Præteriens Ieſus. Ioan. 9.

PRÆTERIENS Ieſus vidit cæcum á natiuitate. Certiſſimum eſſe credentes, vt ſæpius admonuimus, quod in

diuina lege neque ápex eſt quod ca
*Non eſt apex vacans myſterio:* myſterio. Neque verbum quod non
illo plenum, intelligamus oportet id
ſcriptum ab Euangeliſta animo vt oſte
deret quam erat opus hoc diuina miſe
cordia dignum, vt hominis cõpateret
Solis beneficio á natura priuati. Ruſu
vt operis difficultas manifeſtaretur a
plius nã viſum illi reſtituere qui caſu
quo perturbationẽ paſſus eſt pupillari
*Tob. 2.* euenit Thobiæ, euenit & Paulo & ſi
ſimile de cauſa vtrique, non erat opus
*Act. 9.* excelſum, ita rarũ, & mirabile vt eſt o
lorũ in illo qui nunquã viderat, quæ vi
ti creatio oculorum eſt. Præteriens I
ſus vidit hominem cæcum á natiuita
Videt ipſe cæcum, vident & diſcipuli
tacet ipſe cuius in ipſo omnipotens mi
ricordia iam loquebatur, loquuntur di
cipuli, non rogantes vt illi lumina reſti
tuat fortaſſe rei difficultate conſidera
& non ſatis penſata Chriſti potentia,
contigit in panis & piſcium multiplic
*Ioan. 9.* tione: Hoc tantum faciunt & hoc cu
vt eximat ille illos ab ſcrupulo quod
mucrat in illis miſerandi hominis aſp
ctus

ctus, & verbum ſæpius á Chriſto repeti-
tum, qui admonens quos ſanabat ne ite-
rum in peccata laberentur, in morbos il
los incidiſſe ob peccata oſtendebat, ita *Ioan. 5.*
loquẽs ecce ſanus factus es iam noli pec-
care ne deterius aliquod tibi contingat:
Rogant igitur illi magiſtrum quis pec- *Text.*
cauit hic an parentes eius vt cæcus naſ-
ceretur? Oportet intelligamus ante ſo-
lutionem, & explicationem propoſitæ á
diſcipulis quæſtionis: ſæpe mala propter
peccata euenire propria, vt euenere illa
Antiocho, Nicanori, Ochoziæ, Achab. *2. Mac. 9*
Sauli, Herodi: euenere Mariæ Sorori *2. Mac. 3*
Aaron, Iezabel, Athaliæ, euenire etiam *4. Reg.*
ſolere ſaltim temporanea filijs ob paren *1. & 3. Re.*
tum peccata, in quibus tamquam in re- *2.*
gratiſsima ſibi & ſuauiſsima, illi puniun *1. Re. 31.*
tur? Nam quemadmodum illa cer- *Act. 12.*
ta ſunt quod vir ambulans in ſimplicita- *Num. 12.*
te ſua beatos poſt ſe filios relinquet & *4. Re. 11.*
digni illi ſunt humana & diuina be- *3. Re. 21.*
nedictione, quia piorum illi parentum *Prou. 20.*
pia ſunt proles, vt oſtendunt illa: be- *Tob. 7.*
nedictio ſit tibi filij, quia boni & op-
timi viri filius eſt.

Illa item: benedicat te Deus Iſrael, qui
*Iob. 9.* filius es viri iuſti & timentis Deum, &
eleemoſynas facientis. Laudes expend
& nihil inuenies ex his quæ mundi mu
tur vanitas ſed quę commendat Chriſt
na veritas & ſimplicitas, & qui huiuſm
di paternæ probitatis & innocentiæ hæ
des ſunt, hæredes etiam ſunt benedicti
nis illorum, & maledictionis illi de qui
bus, ex iniquis omnes filij qui naſcunt
teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes i
*Sapien: 4* interrogatione ſua filij abomination
ſunt filij peccatorum, & qui conuerſan
tur ſecus domus impiorum, filiorum pe
*Eccl. 41.* catorum periet hæreditas, & cum ſem
ne eorum aſsiduitas opprobrij de pat
impio queruntur filij qui propter illum
*Luc. 3.* ſunt opprobrio. Quia hac ſunt peruerſi
tate morum patribus ſimiles, ſuntq; ill
vt Ioannes dixit genimina viperarum
puniuntur illi vt parentes, quia peccato
res ſunt quemmadodum & illi.

*Flagellā tur multi paterno amore.*

Alij autem puniuntur paterno amor
á Deo vt excitentur, expurgentur, & ſ
quæ illis peccati labes hæſit flagello mi
*Hebr. 12.* detur, flagellat ille hoc modo omnem fi
lium

filium quem recipit. Multi autem ex il
lis quos æqua amauit pietas diuina, exer
centur laboribus, nō quia illis digni ſint
ſed vt probitas, pietas, ſanctitas, ſtrenui-
tas & in Deum fides illorum manifeſte-
tur, qui nō murmurant correpti ſed gra
tias agunt, qui rubo ſimiles incenſo ſpei,
& patientiæ virorem ſeruant, neque flā-
mis tribulationum conſumitur ille, qui
vt aurum igne probatum prodeunt illi ē
laboribus nitidiores, defęcaciores, & prę
tioſiores, quoniam vt lima ferri, poliun-
tur illi tribulatione, & vt diuino ædifi-
cio aptandi lapides laboribus expoliun
tur, æquantur, & perficiuntur, quibus in
menſura laborum gloriæ ſpectat merces,
atq; copioſior eſſet illa, fuere copioſio-
res, virum his ſimilē beatum appellat Ia
cobus, beatus vir qui ſuffert tentationē
quoniam cū probatus fuerit accipiet co-
ronam vitæ. His igitur vtcumque iactis
excutiamus oportet perçontationē, quā
do iam principio explicuimus vnde illa
habuerit ortum, neque enim tanti diſ-
cipuli magiſtri, & qui prudentiæ tanto-
pere erat amator, & commendator; ſine

*Quid in multis tē tatio & flagellum manifeſtet.*

*Exod. 3.*

*Iacob: 1.*

 ratio-

ratione aut, vt dicunt, præter propoſitum
erant percontaturi, ſed magiſtri illi mo
mores doctrinæ & ceptæ ex illa vtilita
*Magiſtrorũ & diſcipulorũ munus.* tis in ſcrupulum lapſi educi ex illo ro
gant ab illo, quem ſcientiarum Domi
num eſſe agnoſcebant. Hoc diſcipulo
rum munus ſiquis ſcrupulus ex doctri
na magiſtri oritur, illum modeſtè roga
re vt liberentur & eximantur ab illo. Ma
giſtrorum munus percontanti diſcipulo
ſatisfacere. Sed rarus erit diſcipulus hi
ſimilis, & nullus magiſter ſimilis magi
ſtro: habet nunc ſuos Eccleſia diſcipu
*Matt. 5.* los, habet & magiſtros vt ſi quæ incide
rit dubitatio conſcientiam vexans ro
gent illos. Condientur illorum conſi
lijs vt ſale, illuminabuntur doctrina &
luce, & agrauante illos onere & ponde
re liberabunt illos, & ſuo erga illos, am
ciſsimè & benigniſsimè fungentur mu
nere Chriſti illi facti immitatores, qui n
quaquam reprehendit interogantes diſci
pulos: neque curioſitatis arguit, neque
acerbe reſpondet, ſed ſuauiter & grat
grauiſsimè tamen & ſapientiſsimè: vti
tam tamq; indicibilem decebat ſapient

m & conſulti magiſtri benignè reſpon- *Magiſtri quales erga diſcipulos futuris*
deant & amice, grauiter tamen & ſapien
ter, nè ignorantia reſponſi aut pedica
ſit diſcipulo aut denſioribus tenebris of
fuſcet intellectũ illius. Falſi prophetæ, &
nefarij magiſtri, in quorũ ore ſpiritus eſt *Ezec. 13.*
mẽdax, vt planè ſunt hæretici omnes, hi
non ſunt conſulendi ſed comburendi.
Quid enim euomet vipera niſi virus, aut *Hæretici minime conſulendi.*
ſcorpio niſi venenum? Ex huiuſmodi
olla in qua mors eſt, nihil omnino degu-
ſtantum, nam quemadmodũ os iuſti ve
na eſt vitæ iniuſtorũ ora vena ſunt mor- *4. Reg. 4*
tis: & quemadmodum illorum verba ma *Prou. 10.*
la ſunt aurea, iſtorum verba mala ſunt *Prou. 25.*
ferrea Tartareo incenſa igni, & vt illa
lucrari ſolent proximum iſta perdere,
reſponſum audi tanto enim certius, gra-
uius, grauius, & maturius reſponſum eſ-
ſe ſolet quanto grauior, maturior & ſa-
pientior qui fuit interrogatus magi- *Expende.*
ſter, tantoque debet illud, & audiri
attentius & haberi certius & magis pre-
tioſum, interrogatus & conſultus ali-
bi ſæpe fuerat ab alijs, animo duplici
inimico ſibi doctrinæque ſuæ & diſ-
cipu-

cipulis contrario, & tamen ſemper fui
reſponſa mirabilia & illo digna, vt cu
*Ioan.* 8. cōſultus fuit de muliere adultera, de C
ſaris numiſmate, ſed etſi reſpondet ill
*Luc.* 20. ſemper nimia cum ſapientia non gaud
percōtationibus illis tentādi tantum a
mo propoſitis, gaudet tñ cū ſincere p
nūtur vt ꝓponut hodie Apoſtoli: ſed ſe
per certa, vera, & illo digna reſpōdet,
& Eccleſiæ magiſtri illius hærentes veſ
*Seruãdus modus in reſpondē do.* gijs ſemper certa, Catholica, vera, & Ro
manæ Eccleſiæ conſona decretis reſpo
deant ſiue interrogentur illi animo ſim
plici ſiue duplici, ſiue tentandi illos a
*Text.* mo ſiue diſcendi ab illis. Non pecca
hic inquit, neque parentes eius vt cæc
naſceretur, &c. Sed vt manifeſtetur glo
*Gloriæ manifeſtatio* ria Dei in illo ſine vllius, ita loquamu
grauamine gloria Dei alibi ſæpiſſim
fuerat manifeſtata vt in beneficijs, lep
*Matt.* 8. ſis, mutis, ſurdis & á Dęmone vexatis co
*Matt.* 9. latis: eratq; hæc manifeſtatio digna glo
*Mat.* 15. ria Dei, quæ in benefaciendo maxim
*Mat.* 7. manifeſtatur, vt ſolet manifeſtari hom
num cum afflictum ſolant ur, cum igna
rum docēt, cum inopi ſubueniunt, cum
debita



debita remittunt, his enim rebus veris ve
us gloria manifeſtatur vera quam ludi
eris omnibus inanis gloria mundi, cur
igitur cum diſpendio huius, reique ſua
uiſſimæ & pretioſiſſimæ illi & vſus mi
rabilis, hodie gloriam ſuam manifeſtari
voluit? Poſſemus neque indigne conſi
lio nobis ſapientis indicere ſilētium: In
uenisti mel cómede quod ſufficit ex eo, *Prou.* 25.
&c. Et in pluribus operibus eius non fue
ris curioſus, numquid dicit figmentum *Eccleſ.* 7.
ei qui ſe fecit, quid me feciſti ſic?
Vera tamen illa ſunt ſicut in corpore *Philo lib. de particul. legibus.*
principatū natura dedit capiti, cui ſūmū
locum tanquam regium attribuit, reli
quis membris omnibus quæ á ceruice vſ
que ad imos pedes pertinent ei pro baſi
ſuppoſitis, ita inter cæteros ſenſus impe
rium penes oculos eſſe voluit, ideo quo
que hos, in ſublimi collocauit vt princi
pes, & quidem varijs modis honoratos,
&c. Si tñ omnia quæ hominibus largiū
tur beneficia ſunt à diuina beneuolentia
profecta, debita nulli, nullus iniuria affi
citur ſi non illi omnia donentur. Neque *Expende iſta omnia.*
enim in omnes Regum gratia eodem eſt
modo

modo effuſa, ſed eueniſſe iſti mihi vide-
tur fortaſſe quod eueniſſet homini cui
theſaurus non daretur quia qui datur-
erat, paraturos illi inſidias nouerat latro-
nes, ac ita non creditus eſt iſti theſau-
rus luminis oculorum, quia animi forta-
ſe bonis ab animi latronibus expolia-
tur. Præterea ſi quæ in domo nobili
magnifica feneſtræ non eſſent aper-
quia lux obfutura erat hoſpiti habita-
ti in illa, non id odio aut contemptu
ctum ſed amore diceremus. Rurſum
præter lucem, quæ hominibus & fe-
communis eſt, lux eſſet alia ſalutife-
excelſa diuina quæ neque feris eſſet com-
munis neque hominibus vita feris ſimi-
libus, ſi priori illi luci loco non da-
neque oſtio aperto, ſecundæ huic luci
retur nō grauamē id ſed beneficiū eſſe.

*Oſtendūt aſſertam veritatē ſimilia.*

Præterea illi quibus has clauſit fene-
ſtras diuina ſapientia non tantum a mi-
nis liberauit illa malis, quæ nobis hu-
manæ & diuinæ teſtantur hyſtoriæ
quotidiani euentus & experimenta pro-
pria, ſed locum illa dedit quieti vt quie-
cit magis clauſis feneſtris corpus, qui-
cit quidem animus ac veluti ad terrena
quibus diſtraheretur dormit, corde ad
Dominum vigilante, & vt in naui quo
illa magis clauſa eſt & lumini minus pa-
tet, ſecurius nauigatur quia non eſt lo-
cus per quem repleri poſsit illa aquis &
ab illis damnum capere, earumque flu-
ctibus & procellis mergi, ita & ſæpe eue-
nit iſtis, euenitque multis quod accipi-
tribus qui dum operta habent illi ca-
pita, & opertis oculis mites ſunt, man-
ſueti, & quieti qui ſtatim quod aperiun-
tur efferantur.

*Expende ſimilium vim.*

Vt manifeſtetur gloria Dei in illo, vir-
tus inquam illius & potentia & quam
ut filius in omnibus æqualis patri & di-
uinarum perſonarum poteſtas vna. In-
numeris modis patris gloriam mani-
feſtauit Chriſtus, moribus, doctrina,
miraculis, totus erat diuinæ & pater-
næ gloriæ manifeſtator ille, nihil om-
nino erat in illo quod illam non ma-
nifeſtaret, quam cœli, quos
gloriam Dei enarrare dixit Dauid,
quia illi illius factura erant Chriſtus
factor & operator. Quam ſpecioſum
huius

*Text.*

*Modis innumeris gloriā patris manifeſtauit filius.*

*Pſal. 118*

huius mundi opificium, de quo Paulus
inuiſsibilia Dei per ea quæ facta ſunt,
*Rom. 1:* &c. quia illius ille opifex erat, nullus n
ſapientiam, potentiam, bonitatem: æq
tatem & gloriam patris manifeſtauit m
*Hebr. 1.* que manifeſtare potuit vt Chriſtus. E
ille ſplendor patris & figura ſubſtan
eius, erat ita patri ſimilis, vt dixerit ip
*Ioan. 14.* Philippo: Philippe qui videt me videt
patrem meum. Sed expende quod qu
madmodum nihil in Chriſto fuit qu
patris gloriam non manifeſtaret, nihil
re in nobis eſt quod, quod ipſe eſt, illa
non obſcuret, ſiue ſermones audias, ſi
mores ſpectes, totoſque nos intus & ex
rius excutias. In honoratur ille vt op
*Rom. 2.* mè Paulus per præuaricationem leg
*& Eſ. 52.* qui in lege gloriaris per præuaricatio
*& Eph.* legis Deum inhonoras. Quod autē
*36.* operibus glorificetur Chriſtus & in ill
glorificetur pater mihi nequaquam m
rum eſt, quia illius illa ſunt qui totus
dixi gloria eſt, ſed quod noſtris ille gl
rificetur operibus & ſermonibus hoc
hi mirũ eſt, quid enim ſcintilla Solis p
terit inuare ſplendorem, aut drachm
aſſium

a vna immenſis Dei diuitijs adijcere? Et
amē ille ipſe ait, ſic luceat lux veſtra co *Glorifica-*
m hominibus vt videant opera veſtra *tur pater*
bona, & glorificent patrem veſtrum qui *quomodo*
cœlis eſt; glorificate & portate Deum *in nobis.*
corpore veſtro, & Dauid: glorificabūt *Matt. 5.*
nomen tuum in æternum, Deus qui glo *1. Cor. 6.*
rificatur in concilio ſanctorum. Similia *Pſal. 75.*
iſta illa ſunt: exaltabo te Deus meus *& 88.*
rex & benedicam nomini tuo in ſæculo *Pſal. 44.*
exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti *Pſa. 29.*
me. Illa item magnificabo Deum in lau *Pſal. 68.*
de, magnificate Dominum mecum: & *& 33.*
exaltemus nomen eius in idipſum, nequ
mus enim nos quidpiam addere ei quod
immenſum eſt, ſed quia illius magnitu-
dinem immenſitatem & gloriam laudan
tes prædicamus, dicimur illum magnifi-
care & glorificare, vt optimi diſcipuli
gloriæ ſunt magiſtro, optimi filij parenti
bus. Sed quæramus cur dicto nō ſanauit *Cur ver-*
iſtum vt ſanauit alterum cum dixit: reſpi *bo non ſa*
ce? Videretur maior iſta gloriæ manife- *nauit cæ*
ſtatio quia á natiuitate cœcus erat iſte. *cum.*
Omnino non fuiſſet, nam & manifeſtata
eſt illius potentia multis varijſq; hic mo

dis & mirabilibus illis, & manifeſtatu[illegible]

*Ibid.* 18. cœco multa in illo laude digna & [illegible]
tione vt conſtabit. Arguitque in me[illegible]
co variam eruditionem infirmorum [illegible]
tenta curatio varijs cum illa ſit modis
medicamentis.

*Text.* Hæc dicens ſpuit in terram & fecit lu[illegible]

*Harmonia Chriſti.* Hæc linguæ & operum harmonia m[illegible]
gis fuit in Chriſto mirabilis quam omn[illegible]
Dauidicæ muſice & pſalmorum conce[illegible]
tus, etſi figura illius ille fuit, nã quod [illegible]
*1. Reg. 16. & 19.* nebat ille ore, pulſabat ſonareque faci[illegible]
bat in cithara manus.

*Quid cũ luto oculis.* Sed quid oculis cum luto qui exig[illegible]
ſolent excæcari puluere? Aut qui modi[illegible]
feneſtras aperiendi luto liniendo illa[illegible]
Abeat á diuinis operibus humana ratio
*Imbecillitas humanæ rationis.* ne ſe illis ingerat. Nolit noctua So[illegible]
ſplendorem infirmis ſuis oculis ſpect[illegible]
re, quid colubro cum cœlo? Quod hu[illegible]
mi pectore repit, neque ſe valet ex illa [illegible]
tollere? Sileat loquax ſapientia, ſubdat[illegible]
& quãtula illa ſit agnoſcat, quid cũ Oce[illegible]
nõ ſtilla & cum abyſſorũ profunditate [illegible]
uea pueri? Quibus excęcaſſet illa [illegible]



[illegible]mina, nitere illa facit virtus diuina.
Sed omnẽ ceſſare facit admiratione & *Efficacia luti, & virtus.*
[illegible]es omnes efficacem iam agnoſcit lu-
[illegible] quando ex diuina illa ſaliua eſt con
[illegible] quid illa non poterit, cum illius
[illegible]la ſit, qui rerum omnium eſt plaſmator,
qui verbo omnia fecit, quod quia ae-
[illegible]um minus efficax eſſe videbatur ad ſa *Expende*
[illegible]ndum & vt illa omnia fierent? Ex
[illegible]ryſtallo & vitro contuſis & commictis
[illegible]ndam aiunt maſſam fieri chryſtallo
[illegible]ndidiorem: neque mirum id eſt quia
[illegible]traque ſplendida ſunt, ſed ex luto fieri
[illegible] chryſtallo nitidiora lumina hoc
[illegible]um eſt, ſed cur illa ex alia maſſæ con
[illegible]tione non fecit, ſaltem ex illa ex qua
[illegible] vitrei plane vt manifeſtum fieret, *Cur oculi ex luto, & nõ ex alia maſſa formati.*
[illegible] ille ipſe qui fuerat totius ex luto ar
[illegible]ex erat & partis nobilioris ita eſſe ag-
[illegible]ſceretur qui hominem ex limo forma
[illegible] & vt debita omnia fierent ordinatio
[illegible] Dedecet vaſi argenteo terrea anſa,
[illegible] terreo anſa argentea, quod ap- *Gen. 2.*
[illegible]m maxime eſt, cum vtraque ex ea- *Iob. 10. & 4.*
[illegible]m maſſa ſint, non enim congruit com
[illegible]ni panno aſſuere cum diruptum eſt

ex ſerica aut aurea tela partem aliqu
Ne igitur luto neq; aquæ ſalutis au
ſus recuperationem tribueret ille, ſed
uinæ potentiæ, poſtquam luto linitus
iuſſum eſt illi vt ſe lauet. Fuit autem
cus expreſſum Chriſtianæ obediem
ſymbolum, quæ neq; reluctatura eſt
nis iuſsis neque examinatura illa ſed
omnibus obſequutura ſiue linire v
illam luto, ſiue lauare ſubito ſe ab
fuerit illi iuſſum, aut rationi minus c
ſona iſtis. Vnde egregia illa Alexan
ni, quemadmodum ſiquis in Iſchom
cho ſtudium poſuerit eum facieta
colam, & ſi Lampidi nautam, & Ch
demo imperatorem, & Simoni equi
di gnarum, & Pordici Cauponem, &
Crobilo obſoniorum conditorem, &
chilao ſaltatorem, & Homero poet
& Pyrrhono contentioſum, & De
ſtheni oratorem, & Chryſippo diale
cum, & Ariſtotel. phyſicum, & Pla
philoſophum, ita qui paret domino
cum datam ſequitur prophetiam, c
tur ad magiſtri enim imaginē Deus
in carne verſatur.

*Cur miſſus in aquas Siloe.*

*Cœcus ſymbolū obedientiæ*

*D. Alexandrin. libr. 7. ſtrom.*

Nu



ullus aptior ad recuperādum animi aſ-
ctum modus quam diuinæ ſe ſubdere
tentiæ, & in illius obſequiū vt iumen-
m fieri illiuſq; ſe totum cōmittere vo-
ntati. Hinc magnus Chryſoſtomus: ſi-
lutum quocumq; manus ſe formans
erit ſequitur, ita hominem quęcumq;
eus iuſſerit ea ſequi & quæ ille intule-
grato animo perferre conuenit nihil
mnino reluctando vel furioſè addiſce-
quærendo idem fere Iuſtinus. Ce-
dum potius voluntati Dei ſicut lutū
ſequitur ſuo figulo, & Procopius, quē
modum decet vt iumenta nobis obſe-
ntur: ita rationem noſtram obtempe-
e oportet Deo, ac ſi diceret ſine relu-
tione, ſine examine, ſed ea animi prō-
tudine qua cœcus iſte. Recuperato á
co viſu diuulgata eſt, vt par erat, tan-
peratio miraculi, bona enim quæ á
cūq; fiunt & ſi in abſcondito fiant,
e luce produnt, ſuo ſe odore manifeſ-
nt, idq; tanto amplius quo maiora illa
t. Erat hoc miraculū ingēs, in homi
notiſsimo factū & in publica via, non
igitur mirū quod ſpargeretur aſſump

*Aptiſsima quæ ſuit ad recuperādā animi lumina.*

*D. Chryſ. libr. de prouiden.*

*Iuſtin. de recta confeſsione.*

*Procopius in Deut.*

*Miraculi manifeſtatio.*

 tiſq;

ptiſque pennis volaret fama illius, q
mirum mihi videtur non tam eſt q
diuina ſapientia Phariſæorum & Sc
rum ingenio, calliditate, induſtria
rit vſa in miraculi manifeſtationē &
ſertionem quam, quod tam ſtulta ho
fuerit ſapientia vt exiſtimarēt obſcur
eſſe illorū dolis miraculū quod Chriſt
manifeſtauerat, pueris illi ſimiles, qui
nu ante oculos poſita obſcurare ſe S
cēſent, quia illū illi nō vidēt. Ruſum
beneficio quo cęc⁹ viſum recuperar
ſua malitia viſū amittāt. Ruſum &
parū pficiat humana ſapiētia in diui
quā cū placet cogit illi ſeruire. Præte
breui & diuina pietas & veritas redda
ctos, & reddat cęcos, quos illa illumin
duces eorum qui ſibi videntur viden
quando & cęcus iſte ducere & docen
ſus fuit Phariſęos, quātaq; ſit veritatis
tus, cui horum ita potens malitia non
luſtre ſiſtere & vt reddat etiā diſcipul
ſuos intrepidos, quemadmodū reddit
dorum timidos, pallent etiam ad qua
mētientes, veraces eodē ſemper ſunt
tu. Ruſum, vt ſirme ſimilis ſit veritas

*Phariſæorum ſtulta malitia.*

*Expende*

*Conſideratione digna.*

*Cæcus dux corli qui ſibi ipſis videntur videntes.*

*Timet et pallet mēdaciū veritas conſtat.*

... cōſtat & minime variat etiā in ho
... infirmo & medico, non. n. vt multa
... ſententia valuit Phariſæorum neq; pote
... qua ſapientia. Eſt præterea cōſideratio
... dignū q illud ipſū quod erat autem glo
... Deo dare apellāt iſti da, dicētes gloriā
Deo. Vt videas quam non ſit inuidæ &
maleuolæ ſapientiæ, ſidendū, quæ inuer-
tit & res & nomina. Ruſū q quæ parētes
nō ſunt auſi quia nō erāt illi pari á Deo
affecti beneficio, alter⁹ eſt filius, multi. n.
... parētib⁹ in fidei cōfeſſione præſtāt,
... buſq; ſunt præſtantiores. Eſt etiam
... tentione dignum animi, quod quæ pa-
rentes negare non potuere id ſunt aperte
... vt quod filius eorū eſſet, quod cæ-
cus fuiſſet natus, depoſuere illi quæ no-
... quæ certa erant, quæ negare non
potuerunt; vt optimi faciunt teſtes cum
interrogantur, rationem eorum quæ fi-
lio contingerant filio dimittunt, qui,
quia, ſi ætate non valeret, neq; teſtimo-
nium valeret ferre, dicunt ætatem habet,
de paucis iſta dici poſſunt filijs qui etſi
ætatem habeant voleant reddere ratonē
eorū quę acceperunt á Deo beneficiorū,

*Optimi teſtes.*

*Expende.*

 reddit

reddit iſtè ita mirabiliter, vt illius ſin-
cera ſapientia vulpinam phariſæorum
calliditatem ſuperet & gloriam Chriſti
ex reſponſis paret, qui vt æternam nobis
largiatur faxit illius pietas.

## *SALVTATIO.*

*NIHIL magis nobis potuit commen-
dare diuinæ doctrinæ magiſterium, neque
manifeſtare illius quantopere indigeret mun-
dus quam frequentia Chriſti Optimi Maximi
in docendo, & quod ſummo ille diluculo
templum ad docendum fuerit profectus, ſi-
cum tanti id munus ſit momenti, ta-
illius mundo neceſsitas, ob ingentes illi deri-
tas ex ſui exercitatione vtilitates, nequit il-
lud a nobis debite & cum vtilitate exerceri
ſine diuina gratia, precemur virginem obtineat
nobis illam, Aue Maria.*

TH



# THEMA.

Et venit iterum ſummo diluculo Ieſus in templū & omnis populus venit ad eum, ſedenſque docebat illos, &c. Ioannis. 8.

INNVMERA ſunt quæ ſub his verbis latent myſteria, grauiſsima, & vtiliſsima illa. Imprimis quanta ſit docendi inſtruēdique hominis dignitas, quādo aſsidua illius exercitatio Chriſtus ſacrauit illam, vix vnquam ab illa deſiſtens: ſecundo, quám ſit illi ſalus hominum chara, & quam ſit præſentaneum medium ad conſulendum illi doctrina & prædicatio, cui ille tantopere inſiſtit: populi etiam concurſus & audi-

*Dignitas diuinam doctrinam enuntiantium.*

auiditas qui Chriſto diluculo addoc[illegible]
ſurgente non dormit ille, dignitas hu[illegible]
muneris non tam honorificāt illam q[illegible]
in illius præſtantiæ ſignificationem ſ[illegible]
*Matt.* 5. idicta, quod ſal ſint prædicatores &[illegible]
mundi, quod nubes illi ſint, quod [illegible]
*Eſai.* 5. quod Angeli, & dij, quā quod Chriſt[illegible]
& 60. æterna Patris ſapientia huic mune[illegible]
*Pſal.* 18. deſtinauerit, & illud noctu diuque [illegible]
*Malac.* 2. cuerit. Manifeſtant quæ diximus, [illegible]
*Pſal.* 81. eſſet in huius muneris diuini exercit[illegible]
nem propoſitus, quod nullum vnqu[illegible]
ad id exercendum tempus fuit impor[illegible]
num, nullus locus ineptus, nulla occ[illegible]
ingrata, nulli auditores impedim[illegible]
*Luc.* 19. Erat docens quotidie: & iterum ven[illegible]
diluculo in templum, nullus fuit [illegible]
*Luc.* 5. cus ineptus docebat de nauicula, In p[illegible]
teis noſtris docuiſti. Semper docui in [illegible]
*Luc.* 13. nagogis veſtris, in deſerto ſæpiſſime, [illegible]
*Ioan.* 18 cuibat Caſtella in circuitu docens. N[illegible]
*Matt.* 5. la fuit illi occaſio ingrata quin cap[illegible]
*Mar.* 6. ret ille illam ad docendum etiam du[illegible]
*Luc.* 7. conuiua erat, nulli auditores ſiue tu[illegible]
*Luc.* 6. et eſſet copioſa, ſiue vniuerſus populus, [illegible]
18. ne auditor vnus, quam eſſet illi ſalu[illegible]
an[illegible]



animarum pretioſa & quam ſitiret ille il- *Ioan.* 8.
lam prædicta manifeſtant, non enim
deſiſtebat ille à doctrinæ prædicatione, *Ioan.* 4.
qua illis ſe conſulturum ſciebat: nam
illum neque appoſitius neque effica-
cius medium quod quidem [illegible] præ-
[illegible] tantopere amaſſet: qui
[illegible] effectus erat doctrinæ [illegible]
[illegible] frequens vſus tendebat & quor
[illegible] ille quotidie inſiſteret, & hodie di-
luculo ad prædicandum ſurgeret. Erat
illi animarum ſalus pretioſiſſima, hanc
curabat, hanc ſitiebat, & hoc modo pa-
randam illam ſperabat. Sciebat doctri-
nam eſſe lucem ad pellendas animo-
rum tenebras, declaratio inquit Da- *Pſal.* 118
uid ſermonum tuorum illuminat: præ-
ceptum domini lucidum internos il-
luminans oculos. Sciebat illam mor-
borum omnium animi eſſe medica-
mentum efficaciſſimum, non vt phi- *Diuinæ do-*
loſophica præcepta, vt ille dixit, ſunt *ctrinæ cõ-*
verba & voces quibus hunc lenire do- *moda.*
lorem poſſis; & magnam morbi depo-
nere partem; ſciebat illam vere eſſe
expultricem vitiorum, à mandatis tuis
in-

tuis intellexi propterea odiui omne
viam iniquitatis, calamitatum vitæ sol
men: iuſtitiæ domini rectæ lętifican
corda, cantabiles mihi erant iuſtifica
nes tuæ in loco peregrinationis meæ. Vi
tæ ducem, conſilium meum iuſtificatio
*Fidei & obſerua- tio diui- næ doctri- næ.* nes tuæ, lucerna pedibus meis verbu
tuum & lumen ſemitis meis: ac deniq
cuius fide & obſeruatione non tantum
vijs ſuis impijs conuerterentur homin
lex enim domini immaculata cōuerten
animas, ſed æterna vita potirentur, quod
*Eſai. 62.* illi erat in votis, & ideo quod antiqu
pphetis præcipiebat ille ipſe faciebat,
per muros tuos cōſtitui cuſtodes tota di
*Mat. 28.* & nocte nō tacebunt, ò quam hæſere m
giſtri veſtigijs Apoſtoli, quibus fuerat
Domino præceptum: Euntes ergo doc
*Mar. 16.* te omnes gētes. Euntes in mundum vn
uerſum prędicate Euāgelium omni crea
turæ. Et poſuit in nobis verbum recon
*2. Cor. 5.* ciliationis, pro Chriſto ergo legation
fungimur tāquā Deo exhortante per no
exhortamur & obſecramus pro Chriſto
*Act. 20.* reconciliamini Deo, non ceſſaui per tri
nium nocte & die cum lacrymis mone

vnum

unumquemq; veſtrum. Qua propter con
teſtor vos hodierna die quia mūdus ſum
a ſanguine omnium, non enim ſubter fu
gi quo minus anuntiarem vobis omne
conſilium Dei: quod vt præſtaret Timo *2. Tim. 4.*
theus ita rogat obnixe: teſtificor coram
Deo & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus
eſt viuos & mortuos & per aduentum ip
ſius & regnū eius, prædica verbum inſta,
opportune importune. Nunc neq; nouiſ *In multo-*
ſe videmur muneris præſtantiā, neq; do *rum magi-*
ctrinæ pondus, neque animarum quam *ſtrorum*
ſit pretioſum lucrum, neque quanta ſpe *ignauiam*
ctet merces lucrantes illas, quādo tanto
muneri, tam raro, tā frigide accingimur.
Neque nouimus quam ſint Deo ingrati *Luc. 19.*
tacentes & quod expectet illos ſuppliciū
quibuſque & quam plenis ignominię no
minibus notet Deus væcordes iſtos, in
non tradentem talenta ad vſuras ait: ſer-
ue nequā, in tacentes, illa ſunt canes im- *Eſai. 56.*
prudentiſsimi, canes muti non valentes
latrare. Sed audio mutuo huius negletus *Queruntur cōio-*
doctrinæ culpam rejicientes in prædica- *natores.*
torem auditores, in auditores prædicator
ait. n. prædicator animo linquor cum ra-

rum

rum ſpecto populum, aut cum concu[...] rentem illum video nulla vtilitate capta[...] Vtiliſsimum ad iſta Origenis cōſiliu[...] ſicut pontifices cum offerebant neceſſ[...] rio erat eis prouidendum neque macul[...] ineſſe hoſtiæ, neque vituperationis v[...] tium vt poſſet accepta Deo eſſe & grat[...] ita & qui Euangelium ſanctificat & ve[...] bum Dei anunciat curare omnino de[...] bet, neque in prædicando macula, ne[...] quod in dicendo vitium, neque in ma[...] ſterio culpa naſcatur, ſed, vt ita dixeri[...] ſi fieri poteſt ſemetipſum immolet, ſe[...] mum vitijs iugulet & ſua prius pecca[...] membra mortificet, vt non ſolum doct[...] na ſed & vitæ exemplo diſcipulorum ſ[...] lutem oblationem ſuam acceptam faci[...] Deo. Vtraque occaſio eſſe videtur ſ[...] leuis illa.

*Orig. lib. 10. c. 16. opere ad rom.*

*Expende*

Auditores dicūt nō tā pure viuit ille q[...] cōcionatur aut nō cōcionatur ita feruid[...] ita acute, ita copioſe, ita ornate vt par eſ[...] tāto muneri deſtinato. Nō ſunt illius ve[...] ba vt ſapiētū verba ſunt quę & ſtimuli[...] claui apellātur. Nō noſti, ō auditor, q[...] ti tua iſta interſint, alioqui ſi mortē tā[...]

*Quæruntur auditores de concionatore.*

*Eccl. 12.*

[...]ſcires in huiuſmodi aquam puriſsi[...]am illam non bibiſſes, nequaquā chry[...]ſtallinū poſtulaſſes vas, ſi ſcires ſi huiuſ[...]modi panem non comediſſes obiturum mortem manducaſſes illum, candi[...]dis enim ille eſt & viuificus etſi patel[...]la tibi non aducatur argentea, è ſolo colligebāt filij Iſrael manna, ex aſini mā[...]dibula ſitiens Sanſon bibit aquam, neq; [...] aurea reſpuis grana quod terræ ſint admixta, & ex roſetis tamen vt olfacias ro[...]ſas colligis, ſpinas relinquis, vnde etſi ve[...]ſunt Plutarchi illa: vt in ludo ſphæræ, alterius eſt commode mittere, alterius ſci[...]te excipere, ſic in audiendo conuenit v[...]trunque ſuo fungi officio tum eum qui diſſerit, tum eum qui auſcultat, non deſi[...]nunt eſſe etiam vera illa, non oportet hoc animo ad audiendum accedere, quoad ſpectaculum, puta, vt tantum delectemur, ſed vt meliores efficiamur: concionator autem non linquatur animo neque deſiſtat & ſi auditor non profecerit. Certa ſunt illa Chryſoſtomi: nemo prudens arguit medicum, qui ſuum agit officium,

*Expēde ſimilia.*

*Exod. 16.*

*Iudi. 15.*

*Plutarc. in moral.*

*Audiat concionator.*

*D. Chryſ. libr. 3. in gen.*

ita

ita concionator medicamentum ex ſpi
rituali doctrina confectum imponit au
ditorum poſthac cura erit vt emendet
tur. Vide etiam homilia.33,34.&.43,i
Geneſim. Gaudet populi concurſu Ch
ſtus, & quod ſurgente illo vt doceat di
culo non dormiat ille ſed auidis recip
ille animis quę auide dantur ſitq; huiu
modi matutina ſurrectio indiciu non
tum guſtus qui ex doctrinę auditione
pitur, ſed & deſiderij capiendi comm
di vt in Chriſto fuit proficiendi, ò qua
ſunt iſta felicia & grata Deo cum ſurg
diluculo ad docendum, magiſter pro
ciendi populo deſiderio incenſus & di
luculo ad audiendum ſurgit populus
dem proprij profectus amore incenſu

*Auditores & magiſtri grati Deo.*

Cum materiæ aptitudo iuuat artifi
cum terrę diſpoſitio ſeminantem, cu
infirmi virtus & medicamentorũ libe
receptio medicum, cũ ingenium & p
ptitudo diſcipuli magiſtrum, gratiſsim
eſt inſumpta opera, & iucundus labo
Interim dũ pietas Ieſu ad capiendas a
mas ſurgit diluculo, ſurgit & impiorũ
malitia ignorans ad parandas pedicas il
li,

*Similibus dicta probantur.*

*Chriſti optimi maximi ani-*

,& adducunt mulierem in adulterio de
prehenſam, callido nimis ingenio non
vt illius puniatur delictum & labes
a reipublicæ mundetur, ſitque alijs exẽ
lo delinquentibus, neque diuinæ ſer-
ndæ legis zelo, neque fortaſſe inteſti-
in illam odio, ſed illius lapſu gau-
nt illi qui cruciari deberent, quia ſcri-
æ & Phariſæi erant & ob violatam le-
em & irrogatam diuino iniuriam nu-
ini, & quia punienda eſſet mulier ex
nfirmitate lapſa, his enim & alijs modis
cruciantur animæ timentes etiam ne
ipſæ tententur: ſed gaudent illi quia
edicas ſe inueniſſe cenſebant, quibus ca
eretur Chriſtus, hoc illis deſideriũ, hic
erfidus animus, hæc impia mens, neſciẽ
es miſeri quod cogitationes cordis illo-
um audiebat auris illius.

*munus expende & dira Phariſæorum pectora.*

*Expende iſta.*

*Gal. 6.*

*Pſal. 9.*

Proponũt igitur illi animo, vt diximus,
iro & duplici, ſed comprehenduntur in
onſilijs quibus cogitant cognoſcetur
ominus iudicia faciens in operibus ma
nuum ſuarum comprehenſus eſt pecca-
tor, laqueum parauerunt pedibus meis, &
incuruauerunt animam meam, foderunt

*Pſ. 9. & 56.*

*Et. 93.*

 ante

ante faciem meam foueam & inciderit in eam.

*Text.* Scribens in terram, opere indicans non tã diſplicere illi quod cauſam propoſuerint: digna erat ſupplicio mulier & obſeruationis legis amicus ille: nõ enim ideo inſtitutæ ſunt leges vt laxentur aut præ ſtulta miſericordia ſcelera non puniantur, neq; iudices ſine cauſa gladium portãt, ſed diſplicebat animus liuore & odio in illum infectus, & quod tanta eſſet & tam ſtulta illorum impietas vt ſuſpicantur friuolis ſuis dolis & captionibus capiendum qui toties ſe cordium ſcrutatorem manifeſtarat, cumque importuna adhuc eſſet impietas, & quæ ſilentio illo & ſcriptione in terra non ſibi reſpondiſſe arbitraretur rogat iterum.

*Leges quorſum inſtitutæ*

*Rom.* 13.

*Expende quã ſplẽdeat in omnibus ſapientia Chriſti.*

Reſponſum expendite quo & ſe mitem oſtendit & legis obſeruatorẽ, & peccatorum propitiatorem, & ſua illis impietate manifeſtata quomodo dedit illis abeundi locum cum minore rubore, iterũ ſe ad ſcribendum in terram inclinans.

Neque ideo cenſeas non diſplicere ſcelera Deo aut non ſpectare illa magna ſup-

plicia,

plicia, aut nolle illa á iudicibus puniri, & datas ab illo leges non ſeruari, & quas prudentiæ humanæ ſanxit æquitas veriſſima enim illa ſunt odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mẽdacium, vultus autem domini ſuper facientes mala vt perdat de terra memoriam eorum ira & indignatio omni homini operanti malũ, vnde de adultero: maledictus qui dormit cum vxore proximi ſui, hoc nefas eſt & iniquitas maxima, ignis eſt vſque ad perditionem deuorans & eradicans omnia genimina.

*Pſal.* 5. *et* 30. *et* 100.

*Rom.* 2.

*Deut.* 27.

*Eccle.* 23.

Vnde digniſsime Chryſoſtomus: etenim qui mulieris alienæ tenetur amore, qui ſcortis vacat ebrius eſt & quemadmodum is qui multum bibit merum ſeſeque ingurgitauit, illiberales voces effundit, aliudque pro alio videt: ſic & veluti mero quopiam ſua cupiditate repletus neque ſana profert verba, ſed obſcœna omnia, ſed illiberalia riſuſque plena, aliaq; pro alijs videt cœcutiẽs ad ea quæ cernũtur, & idem ſicut nauclerus in portu naufragium faciens, ita vir poſt nuptialem portũ aliena coniugia inuadens vel mu-

*Chry. oration.* 5. *ad vet. iude.*

*D. Chry. lib.* 3.



lierem

lierem alienam curioſius ſpectans, nulli
habebit defenſionem tam apud Deum,
quam apud homines. Etiam ſi ſexcéties
naturæ voluptatem prætexat: vnde dig-
1. Cor. 6. niſsime in illos, illa ſunt Pauli ſanctiſſi-
mi: an neſcitis quoniam iniqui regnum
Dei non poſsidebunt? nolite errare, ne-
que fornicari, neq;: idolis ſeruientes, ne-
que adulteri, neque maſculorum conc-
bitores, neque fures, neque auari, neque
ebrioſi, neque maledici, neq; rapaces re-
gnum Dei poſſidebunt, poſsidebunt au-
illud qui ab his, reliquiſque vitijs ſæcu-
libus mundi fuerint, è quorum nu-
mero vt ſimus diuina faciat pie-
tas. Amen.



*SALVTATIO.*

*Sagittis ſolēt homines multa occidere, Deus autē diuinæ ſuæ doctrinæ ſagittis multis ſolet vitam dare, ſunt enim illæ electæ & viuificæ. Illis vitam dedit Magdalenæ ob inflicta peccatorum vulnera mortuæ iacenti, eandem voluit ſuæ doctrinæ enuntiatoribus eſſe ſcopum, viuificare inquam animas peccato mortuas: Sed neque dirigere ſagittas, neque eiaculatis ipſis viuificare ſine illius gratia valent, precemūr tribuat nobis illam virginis puriſſimæ interceſſione. Aue Maria.* Eſai. 49.

# THEMA.

## De Magdalena.

QVORSVM, o bone, in domo Phariſæi diſcumbis? Non tu illorum ingenia noſti & quam ſit malitia ſua tuę inepta doctrinæ? Sunt enim *Cur Chriſtus in domo Phariſæi diſcubuit.*

 illi

illi animo duplici, quod tu maxime
teſtaris: doloſa lingua, quod maledicis
*Eccle. 2.* ſanctitatis ſimulatores, quod abomina
*Iacob. 1.* ris: iniqui omnium, quæ aut dicis aut f
*Pſal. 11.* cis, iudices? Omnia cum ingenti ſapie
*& 139.* tia á Chriſto fiunt. Probro illi dabant
*Mar. 2.* quod cum peccatoribus manducaret
*et Luc. 6* nunc Phariſæi dedignatus fuiſſet con
uium quanta eſſet querelarum data illis
prauo ſuo iudicio occaſio, cum omni
bus igitur mãducat qui omnes cupiebat
eſſe ſaluos, neque ſine mercede mandu
cauit, ſed conuiuium conuiuio compen
ſauit ille, cuius conuiua ſi fuiſſet ex ani
mo Phariſæus omni cõuiuio fuiſſet opu
*Heſt. 1.* lentius & glorioſius, vt plane erat. Nam
ſi ob id magnificentia conuiuij Aſſueri
predicatur quod principes tyrãnos & præ
fectos prouinciarum haberet conuiuas,
*Pſal. 23.* quanto hoc ſplendidius quod Chriſtum
habebat conuiuam qui dominatur a ma
ri vſque ad mare? Qui non præfectus eſt
prouinciarum neque illarum tantum do
*Ioan. 4.* minus, ſed orbis & plenitudinis eius &
eorum omnium quæ habitant in eo? O
Phariſæe ſi ſcires donum Dei, & quis eſt
quem



quem domi habes quanta illius ſancti-
tas, pietas, magnificentia, gloria, & quis
eſt quem tu paſcis tu vt te paſceret petijſ
ſes ab eo, vt petito potu dictum fuit Sa- *Ioan. 6.*
maritanæ, pauiſſetque ille te cibo qui
non perijt, aqua ſalienti in vitam æter- *Pſa. 103.*
nam pane vitam hominis confirmante,
potaſſet & vino corda exhilaranti diui-
nis dapibus teſaciaſſet: Sed conuiuium *Veræ ſan-*
admiſit vt ſe ſe non eſſe perſonarum ac- *ctitatis*
ceptorem oſtenderet, & quanta ſit ſancti *fiducia.*
tatis, veritatis & innocentiæ fiducia, quę
illis ſe credit qui illius ſunt inſidiato-
res. Fecit etiam quod facere ſolent & re-
ges cum venatum pergunt qui humile
paſtoris tugurium non dedignantur in-
gredi, & latere in illo damã aut ceruum *Chriſtus*
aut his ſimile ſpectantes, ſciebat diuinus *venatori*
animarum venator in domum illam il- *ſimilis.*
lius deſiderio incenſam Magdalenã ven
turam, quam eſſet ipſe cœlo venaturus,
& ideo neque tugurium illius maieſtati
anguſtum, & ſi nobis illa domus alio-
qui eſſet, non eſt dedignatus: & vt ille
& ſpectator eſſet pœnitentiæ illius & re-
miſsionis peccatorum & doctrinæ audi-
tor

*Expende.*

tor quam in illius conuerſionem, doſt
rus erat Chriſtus, & quam eſſet ille ben
gnus qui non dedignabatur peccator
ſed illorum patronum ſe agebat & mu
ta alia quæ fecit digniſsima quæ in oc
lis Phariſæi fierent ne illius cauſa no
facta ſuſpicaretur. Magna fuit ſemp
bene docentium & viuentium fiducia

*Timida res iniquitas.*

mida res iniquitas & dolus, latebras q
runt & ſpeluncas, ſolitudinem amant,
ſortia vitant, aues illæ ſunt nocturnæ in
terdiu volare non audentes: at pietas, m
ſericordia, humilitas, innocẽtia, vera d
ctrina, lucem amant, videri optant, au
re expectant, Phariſæos non verentu

*Prou. 10.*

Qui graditur ſimpliciter, aiebat ſapien
graditur confidenter, qui quæ furata

*Expende vt prædicta cõfirment ſimilia.*

eſt vendit, aut adulterina pro veris, vt f
cticias gemmas vitiata numiſmata ſem
per timido eſt animo, agnoſci nolet, lu
cem fugit, nullibi tutus quieſcit: at, q
vendit quæ ſua ſunt, aut quæ vera ſun
bono eſt animo & minime timido, ac i
euenit qui furatam ſimulatione innocen
tiam aut ſanctitatem vendunt, & adulte
ratam doctrinam hi continuo affligun
tur

ur metu, ad quæuis pallent, qui autem ve
e pius, vere innocens eſt, & illius doctri
na ſolida, certa, pura, & in domo Phari-
ſæi diſcumbit, coram illo opera ſua fa-
cit, in illius auribus doctrinam ſuam prę
dicat. Et cum accubuiſſet ecce mulier,

*Confidens eſt vera innocẽtia*

quę erat in ciuitate peccatrix vt cogno-
uit &c. O quã gaudet Deus huiuſmodi

*Text.*

acceleratiobus, & quam ſunt illi mo-
leſti, qui vitæ emendationem differunt
de die in diem, in rebus dubijs bona eſt
conſultatio, non nocet mora vera enim

*Expende.*

ſunt, quæ quidam dixit curſus non eſt
idem finis & conſilij, in illo enim lauda
tur qui celerius cucurrit, in iſto qui ma-
turius conſultauit, at in rebus opertis &

*Non differẽda cõuerſio.*

in quibus animæ ſalus verſatur & in tãta
vitę incertitudine periculum maximum
eſt in mora, quis ignes fugiens quibus
inſpectato domus, eſt incenſa moram
faciat? Quis vt rabidum vitet leonem
cunctatur? Quis potens ſeſe eripere á ca

*Similium certitudinem expẽde.*

tena qua ducitur in triremẽ vt maria ſul-
cet, aut in carcere exiſtens extremi ſup-
plicij afflictus metu euadendi occaſio
ne oblata non arripit momento illam?

At iſta vmbra ſunt ſi animi illa peri
lis compares: nulla igitur in iſtis inte
nenda dilatio eſt, ſed implorandum d
num auxilium ardentiſsime dicendo
Pſal. 30. celera vt eruas me á tantis malis quib
miſer vexor, Domine ad adiuuand
Pſal. 6. me feſtina: & tu accelera etiam & feſti
na quærens Chriſtum, vt te á tuis liber
malis, in rebus humanis in quibus fe
natione fuit opus, nunquam qui ſana ſ
1. Re. 25. runt mēte ſegnes fuere. Abigail ſtulto
Nabal exhibito reſponſo Dauid viri p
ſtantiſsimi viris, ruinam ſuſpicata, do
feſtinauit parare munera Dauidi & ob
fieri illi, quod ſi diſtuliſſet actum erat
domo Nabal, feſtinauit Abigail & tu
ducentos &c.

Fugientes Laban conſpectum Rach
& Iacob incenſus ira Laban, & ma
Gen. 31. minans, quia furata fuiſſe illius adol
ſuſpicabatur Iacob, perſequutus eſt ill
& Rachel pericula metuens nulla int
iecta mora feſtinans abſcondit idol
Gene. 19. Quin & Angelus cum moram facere
Loth in egreſſu Sodomę velut illius dil
tionem acerbe ferens, & quod in ſibi ip
ſi, ac

ac ſuis in tanto periculo conſulendo,
liquantulum videretur tardus, illius ma
num apprehendit.

Dauid audita nefarij Abſalonis con 2. Re. 15.
iratione in illum facta & quanto illius
put in periculo verſaretur & illius tota
milia, non cunctatur, non tardat ſed
it: ſurgite fugiamus, neque erit nobis
fugium á facie Abſalon, feſtinate egre
i, ne forte veniens occupet nos, & ſi vo
es & opus, res eſſent inſuetæ illi, qui ti- 1. Re. 17.
ore neſciuit leones, neque terga vertere
nquam, at imminens vrgebat periculū,
ſilium metuit qui nunquā timuit ho-
ſtē. Omnes igitur cū cunctatio obfutura
ſt propter periculum imminēs feſtināt,
ugiunt, non tardant, & nos in re omniū
rauiſsima, in periculo omni periculo
agis metuendo cunctabimur? Moram *Mora pe-*
aciemus ſcientes, quod dies domini ſi- *riculoſa*
t fur in nocte veniet? Scientes, quod *vitanda.*
ua hora non putatis filius hominis ve- *Mat. 24*
et, ne tardes igitur conuerti ad Domi- *et Luc. 12*
um & ne differas de die in diem, ſubito *Eccleſ. 5.*
im veniet ira illius & in tēpore vindi
ctę diſperdet te. Egregia ſunt illa Hugo-
nis

*Chryſ.h. 40. ad Anthio.* *Hugo de clauſtr. animi. li. 3.c.10.*

nis & Chryſoſtomi : ſi corporis morb
patiamur omnia facimus & tractamus
á moleſtia liberemur, anima vero nó
male habente tardamus & differim
propterea nec á vitijs liberamur, in
ætate quando flaueſcũt crines, caro
ſcit eburnea, oculorũ gemmis facies
ſea decoratur, valetudo corporis vires
miniſtrat, iuuenilis ætas vitæ ſpatium
promittit, quando viget ratio, vigent
corporis ſenſus, viſus acutior, audit
ptior, vultus iucundior, qui in hac æ
ſe domant, & Deo ſe ſociant præmi
*Phi. 4. et Rom. 12.* Ioannis ſpectant: tales offerunt hoſti
viuentem, Deo placentem immacul
non aure, non oculo, non pede, non
*Leuit. 22* da carentem. Audiat hoc ſenum ſe
uerſio, quibus ex defectu ſenectutis a
res obturantur, oculi turbantur & vi
*Senes expendant* cta breuiter perſtringam ipſi in ſe p
deficiunt. Vide de pęnitentia & con
*Arelat. h. 16.* ſione non differenda Cæſarium Arel
ſem h.26. & Chryſoſtom. h.75. in M
*Chryſ. h. 75. in Matt.* theum. Tertullianum lib. de pęniten
Ambroſius: ſi aurum tibi afferam nó
hi dicis cras veniam, ſed iam exigis



o differt, nemo excuſat, redemtio ani- *D. Amb. ſermo. de clemen. & ieiuni*
promittitur & nemo feſtinat. Magda
na anteacti tẽporis ingenti dolore cru
ata, anteactæ vitæ mores & deteſtatio-
e demirans, plura animo voluens quæ *Magdalenæ conuerſio.*
ri non poſſe iam credebat á iudicio va
nte, diuinæ clementiæ theſauros demi
ta, quæ tot prouocata ſceleribus vin-
ctam non ſumpſiſſet & quæ nunc ita,
nigna & pia illam in ſe ipſam redire fe *Dan. 4.*
ſſet quæ plus Nabuchodonoſore fue-
alienata & cum belluis vitam agebat,
e vt cognouit, cucurrit. Sed cur dicta
mulier quæ erat in ciuitate peccatrix? *Magdalena cur dicta peccatrix.*
primis vt cognoſceremus, quod quæ
uiuſmodi morbis magis affectæ ſunt, il
omnino ſunt quæ medico magis indi
ant, illum ſunt celerius quęſiturę. Rur
m intelligamus quanta ſit ignominia
ominis mulieris ſibi indulgentis, quod
uitarent quando nullum illas ſpecta-
ſupplicium mortem erant obiturę, ob
et nomẽ ipſum, abſurdum eſt, non ita *Nominis ignominia vitanda.*
a offendunt ſtercus, limus, cœnum,
iam quæ hoc nomine vt hodie ſo-
t, notantur, dedecus ſunt muliebris ſe-
xus

xus. Abhominatio, labes, ſæculi ſui
*Expēdat qui moribus eſt impudicis.* nities, pedica diaboli, horrendum mo
ſtrum, qnod enim monſtrum horribili
Et propie naturæ magis aduerſum qu
mulier ſine ſilentio, ſine pudore, ſine
neſtate, ſine honore? quam mulier ga
*Proue. 5. & 7.* la, vaga, quietis impatiens, & (qualis
piente graphice depingitur). Baſiliſco
milis qui aſpectu necat, vipera quæ ſi
ua, incantatrix quæ ſermone & cui ma
me veneficæ congruunt, nomina, illæ
nim Philtris, hæc vel ipſo corporis ha
tu, illis iſta congruunt maxime, comm
*Eccl. 25.* rari leoni & draconi placebit quam ha
tare cum muliere nequam, & quæ di
ſunt de muliere rixoſa: Melius eſt hab
*Prou. 21.* re in terra deſerta quam cum huiuſmo
muliere. Hæ ſunt quæ occurrunt hab
*Proue. 7. & 5.* meretricio, preparatæ ad decipiendas
mas, á quibus facies eſt auertenda, qu
ſumme illis debet eſſe confuſioni: n
quod non dicitur de pardo, de tygride
*Eccl. 25.* dracone dicitur de illis:. Ne reſpicias
mulierē multiuolam ne forte incidas
*Eccle. 9.* laqueos illius: auerte faciem tuam à m
liere compta. Aſpectu necant, verbis
canta

antant, tactu ac ſi flammeæ eſſent adu-
it, omnis mulier quæ eſt fornicaria qua *Prou. 23.*
ſtercus à prætereuntibus in via concul
bitur. Fouea profunda eſt meretrix &
uteus anguſtus, vnde Chryſoſtomus: *Chry. ſermo. de decollatio. Baptiſt.*
o quidem exiſtimo nullam eſſe in hoc
undo beſtiam comparabilem mulieri
alæ, quid inter quadrupedia animantia
one ſæuius? Sed nihil hac ferocius:
uid in ſerpentibus dracone acrius? Ne
ue hic quidem cum muliere mala con-
tri poteſt: ò malum ſummum & acu-
iſsimum diaboli telum, mulier, ò malū
mni malo peius, mulier mala. Lege ſe-
entia in Chryſoſt. ſermone de decolla
one Baptiſtæ. Et quod ſummam illius
iſeriam explicat cum adhuc viuit illa *Deut. 25.*
int, non offeres mercedem proſtibuli:
ſpuit enim illam Deus, ut reſpuit ho-
e quæcunque ab impudente meretrice
t dicuntur aut fiunt etſi virtutis ſpeciē
abeat. Harum conſortium conuictum, *Vitandū improbæ conſortiū fœminæ.*
olloquium, vitant, quæ ſibi conſultum
ominique ſuo volunt fœminæ pluſ-
iam ſcabie infectas gallica, pluſquam
taſſent præſenantei veneni ſerpentes,
cro-

*Pſa.105.* aut crocodilos, non tantum nediſcan
opera illarum & ſeruiant illarum ſcu
ptilibus, ſed ne ignominioſe illo no
mine aſpergantur, quo vel ex ſola lo
quutione ſolent notari. Vnde illa: ſic
boum iugum quod mouetur, ita & mu
*Eccl. 26.* lier nequam qui tenet illam quaſi qui
prehendit ſcorpionẽ, de carbonibus ſci
tillæ diſiliunt, morbos aſpides ſibilan
& mulier fundit concupiſcentiæ peſti
*Prou.25:* tiam, quam Salomon ſic comparat d
*D. Cipri. de ſingular. debitorum.* cẽs: De veſtimento procedit tinea, &
muliere iniquitas viri. Quæ autem ho
rifico, nobili, honeſtarum notãtur nom
ne & ſtudioſæ illæ ſunt pudoris & hon
ſtatis, pluriſque habent nomen illud v
ta, nihilque illis charius eſt & pretio
*Honeſtatis ſtudioſæ fæminæ.* ſius, illud enim illis argentum, illud a
rum, illud pretioſiſsima illis eſt gemm
immo vt arenam exiguam præ illius p
tio & amore exiſtimant iſta: iſtæ quib
glorioſius eſt honeſtatis nomen: qua
*1.Reg.9:* fuit corporeæ elegantiæ Sauli, pulchrit
*2.Re.14* dinis Abſaloni, fortitudinis Dauidi, di
*3.Re.17.* tiarum Salomoni, & quæ Ioſep ſimil
*3.Reg.2.* in his non laboris & periculi patient
ne

ne obſcuretur illud, quibus nomen hoc
theſaurus eſt, honos decus, quę huiuſmo *Gen.39.*
di ſunt muliebris ſunt gloria ſexus, pa-
rentum gaudium, fratrum corona, cog-
natorum honos, populi decus, ſunt lilia
in tranſitu aquæ, thus redolens in diebus
æſtatis, ſtellę inter nebulas lucentes, Chri
ſti bonus odor, intus exteriuſque formo *Eccl.50.*
ſæ, de quibus egregia illa: Fundamenta
æterna ſupra petram ſolidam, Et manda
ta Dei in corde mulieris ſanctæ. Fallax *Eccl.26.*
gratia, & vana eſt pulchritudo mulier au
tem timens Deum ipſa laudabitur: Pars
bona mulier bona in parte bona timen- *Prou.31.*
tium Deum dabitur viro profactis ſuis,
Ecce mulier quę erat in ciuitate pecca-
trix, Nominis, & vitæ pertęſa, vt vitæ *Eccl.36.*
mutatione, mutaret & omnia vt cogno-
uit: Reſciuit tanto medico illius egere
morbum, tãto purificatore illius labes.
Venit & minime vacua, ſed vt ſolẽt qui *Expende ſimilitud. ſim.*
ex animo pœnitent quæ reſtitutioni ob-
noxia norunt cum ad confitendum per
gunt iniecta in marſupio ferre vt illis re-
ſtituantur quibus debita erant, vas alaba
ſtri attulit vnguento plenum: nequaquã

in hoc auara quæ fuerat in alijs effuſ
cum è contra ſæpe cõtingat in fœmini
plena enim quæ pretioſa ſunt danda ſu
*Exo.* 35. ei, á cuius manibus vt optime Dauid o
nia cepimus, qui effuſi ſunt in his q
*1. Paral.* ad corpus, aut corporis inanem hono
19. & male meritam indulgentiam ſpecta
miſeri in his quæ ad animum Chriſti
*Præpoſte* cultum expectant & ſordidi & auari, n
*ra libera* hil illi plenum dantes & vt Chriſti m
*litas* ſtatem & animi dignitatem decet, Ma
dalena animo magnifica, antiquæ eff
ſionis non immemor: Chriſti maieſtat
memor, non pauco vnguento aromat
co in nitidum vas infuſo, venit ad Chr
ſtum ſed pleno illo, vaſe etiam electo
leui, grato, & pretioſo. Quis animo v
*Lucæ* 15. leat explicare lætum Magdalenæ dolo
rem & Chriſti optimi gaudium, de in
*Gaudium* uenta oue, de drachma perdita, de fil
*Chriſt. de* prodiga redeũte non tam de inuento th
*ſupera-* ſauro lætantur homines, non tam cap
*to pecca-* ui libertate filij, nõ tam gauiſus fuit D
*tore.* uid cum corruẽtem vidit ad illius ped
gigantem cui vitam erat ablaturus qua
3. *Reg.* 17 huius ad pedes proſtratione, cui vitã era
datu



turus Chriſtus, lacrymæ aquæ illi fue *Lacrymarũ*
nt Siloe, illuminarunt illæ illam, aquę *virtus*
ordanis quæ á lepra illam mundauerũt: *& laus.*
quæ de quibus conuertit, terram ſine a-
a in exitus aquarum, de quibus mittit *Ioan* 9.
hryſtallum ſuam ſicut bucellas ante fa *4. Reg.*
m frigoris eius quis ſuſtinebit? emittet 5.
rbum ſuum & liquefaciet ea, percuſ-
petram & fluxerunt aquæ, petra enim *Pſ.* 147.
rdis diuina percuſſa virtute fecit è ocu
aquas fluere, lexiuium quo lauans *Pſal.* 77.
hriſtus ſuper niuem dealbat: aqua cor
s ſuccus ſalutifer, vera aqua Ange- *Vide de*
rum, quia Angelos exhilarat & ho- *lacrymis*
ines puritate reddit quodamodo An- *D. Chry.*
lis ſimilès. Aquæ aquis mari rubri *Homil.* 6
quodammodo ſimiles quia illis ſolet di- *in Matt.*
na benignitate mergi Pharao, cum *& homi*
ercitu: pluuia voluntaria quam Deus *lia* 4. *de*
gregauit hæreditati ſuæ, de lacrymis *pœniten.*
grega Chryſoſtomus: ſicut poſt vehe- *Pſal* 67.
entes imbres, mundus aer ac puras effi *Exod.* 15.
itur, ita etiã lacrymarũ pluuia ſerenitas *Pſal.* 67.
ētis ſequitur atq; trãquillitas, omniſq; *D. Chry.*
a peccatorrũ tenebris offuſa caligo diſ *homil* 6.
luitur, & ſicut ex aqua & ſpiritu ſic rur *in Matt.*

 ſus ex

ex lacrymis & confeſsione mundam
*D Chry. b. 1. de pœniten.* Modo ne ad oſtentationem iſtud faci
mus. Et alibi, non ſic ſemina delatus i
ber germinare & creſcere facit vt pieta
ſemen, excitat & vernare facit ex lacr
mis ruens imber hic animum deterg
irrigat mentem, gaudium pectoris Ma
dalenæ incredibili mixtum dolore. Se
ſuperabat iudicio meo dolorē, gaudiu
etiam ſi nimius ille erat, exultabat cu
*Pſal. 83.* Dauide & aiebat: cor meum & caro me
exultauerunt in Deum viuum, læte
cor meum non jam in quibus miſeru
miſera ſolebat hoc me angit ſed vt time
nomē tuum, blando, puro & cœleſti
*Pſa. 44.* fuſa gaudio, aiebat: eructauit cor meu
verbum bonum dico ego opera mea
*Neceſſaria que ſunt perfecto magiſtro.* giſter? & benedicitis ſũ etenim. Vt qu
autem perfectus ſit & abſolutus magiſte
& in quem rejici non poſsit culpa prop
ter quam doctrina illius non ſit in preti
& illi fides non habeatur, aut contemp
tus eſt vitæ illius & peccatum quo more
ſuos denigrat, aut deffectus veritatis i
doctrina, duo iſta occaſionem præſtan
auditoribus. Non auſcultandi illi eum
autem nullum iſtorum reperitur in mag
ſtro & doctore tota rejicitur culpa in au
ditores, & quo illa perfectiora in mag
ſtro ſunt, tanto culpa maior & ſi ſupra
modum omnem perfecta fuere illa in
Chriſto, tanto culpa inexcuſabilior, vt *Quando tota culpa in auditores reijcitur.*
igitur horum culpa inexcuſabilior eſſe
conſtaret vt pote quos ita excęcaret ma-
litia vt ſolem nõ viderent, & ſplendidio
a Sole. Percontationẽ ille fecit quis ex
vobis, &c. Et ſi veritatem dico vobis. Si
nullius (ex his quæ incautis magiſtris
ſolent hærere culpæ etiam leuiſsimæ, &
in quas ſepties in die cadere iuſtum di-
xit ſapiens me notare poteſtis, & doctri- *Prou. 24.*
na veriſsima eſt, certiſsima argento ſep
ties examinato purior, & non creditis
id, ideo euenire intelligite quia ex Deo
non eſtis, tota in vos reiecta eſt culpa.
Ex his ſummopere oportere magiſtros
intelligamus, vt tota auditoribus impu-
tetur culpa & integre viuere, & vera præ-
dicare, id quodãmodo expreſiſſe in typo
Deum explicat Magnus Gregorius, cũ
Dauidi Deus dixit: non ędificabis mihi *D. Greg. lib. m. 7. c. 24. & 23.*
domum quia vir ſanguinum es: mundus
ipſe debet eſſe á vitijs qui curat aliena co
rigere, vt terrena non cogitet, vt deſide-
rijs infirmis nõ ſuccũbat, quia nequaquã

pure maculam conſiderat in membro o-
culus quem puluis grauat & ſubiectas ſor-
des tergere non valet manus quæ lutum
tenet, vide reliqua in 23. & 24. ſunt egre-
gia: Id magnus Auguſtinus in pręceptio-
Num. 10 ne illa qua tubas manibus tenere præce-
pit Deus vt ruerent muri Hierico: fac ti-
D. Greg. bi duas tubas argenteas ductiles: argen-
li. in Iob. teæ fieri præcipiuntur vt prædicatorum
c. 7. verba lucis nitore pateant & auditorum
D Bern. mentem nulla ſui obſeruatione confun-
dant, id ſuauiſsimus Bernardus in expli-
D. Greg. catione verborum de Ieſu qui fuit pro-
hom. 5. in pheta potens in opere & ſermone, id ſplen-
Ezech. dor ignis de igne fulgur egrediens, exin-
cenſo enim pectore & diuino amore in-
Pſal. 50. flammato, quæ procedunt verba fulgura
ſunt. Explicat etiam Dauid cum prius la-
bari & ſuper niuem dealbari precatur, in-
ſuper & ſpiritu principali confirmari, &
tunc dicit: Docebo iniquos vias tuas:
Explicat, & efficaciam doctrinæ cum
ita mundus & ſpiritu imbutus cæleſti
docuerit inquiens, & impij ad te con-
uertentur, Quando in vas eo modo pu-
rum quo ſunt vaſa recētia huiuſmodi ve-





ritatis cādidus & efficax ſal immittitur,
non eo eſt vt ſeruetur ſine vſu in illo ne-
que vt ſine vlla fructus cura emittatur, 4. Re. 2.
ſed vt effundatur vt ſeruentur aquę & ter-
ra ſterilis frugifera fiat. His á magiſtris
diuina ope & beneficio præſtitus argu-
unt illi vt explicat Gregorius cum omni Greg lib.
imperio: Pręcipe hęc & docę cum omni in 23. c.
imperio, non dominatione potentiæ, ſed 12. & 13.
autoritate ſuadet vitæ, cum imperio quip- & 14.
pe docetur quod prius agitur quam dica-
tur, nam doctrinæ ſubſtrahit fiduciam,
quando conſcientia præpedit linguam.
Quia non eſt illi impedimento vitæ pro-
prię contemptus, ne in alios audeat, quid
iam obſtaculo eſſe poteſt cum doctri-
na manna eſt de cœlo & qua ſeruatur il- Hebr. 9.
lud aurea vrna, cum aqua de fonte Para-
diſi. Eſt & vas mundum, quo manus &
manna homines paſcantur, & viuificari il-
la aqua potentur. Plane quod obſtat ex- Audito-
plicuit planiſsime Chriſtus, qui ex Deo res diui-
eſt verba Dei audit propterea vos non au- nam do-
ditis quia ex Deo non eſtis, non ſunt te- ctrinam
pidis animis accipienda verba, neque de- non reci-
miſsis illa audienda auribus, cum ab il- pientes

lo dicta ſint cuius in æternum permanet verbum, præſertim cum ſalutis & damnationis indicia in illis ab illo explicentur certiſsima, quemadmodum ſua habent indicia medici ſæpe certiſsima in infirmis, aut recuperandæ ſalutis: aut mortis *Pſ. 118.* obeundæ, habet & Chriſtus animarum medicus, hoc diſtant quę Chriſti ſunt ab illis quæ ſunt medicorum quod hæc & ſi certiſsima habeātur fallere tamē poſſunt quæ autem á Chriſto dicta ſunt in ſæculum ſeculi veritas tua. Is autem, dixit qui ex Deo eſt verba Dei audit, explicemus oportet maxime illa nequid dubitationis in re tātopere graui relinquamus, queramꝰ omni ſtudio quid ſignificēt illa. Qui ex Deo eſt, quę tūc plana & aperta erūt cū intellexerimus quid ſit audire *Expende* verbum Dei, quid non audire, nā ſi de externo auditu eſſet ſenſus fariſsimi eſſent qui ex Deo non fuiſſent, & fuiſſent omnino ex Deo qui aderant Phariſæi. Non intelliguntur ergo de externo ſenſu, ſed de illo, non de quo interpretati ſunt maiores vt Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, Cyrillus, & ſi magno eſſet is ha-

bendus



bendus in pretio, ſed de quo idem autor doctrinæ Chriſtus interpretatus fuit, ita vt vnius ſint autoritatis & verba & illorum expoſitio, quia omnia Chriſti ſunt, *Luc. 11.* ipſe autem ait. Beati qui audiunt verbū *Hebr. 2.* Dei & cuſtodiunt illud. Nequirent autem eſſe beati ni ex Deo fuiſſent, rurſum & idem ita interpretatus eſt cum dixit: *Matt. 7.* qui audit verba Prophetiæ huius & facit ea hic comparabitur viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſuper petram: & *Mat. 13.* iterum in parabola adducta de ſeminante cuius & textus & interpretatio diuina *Rom. 2. et Jacob 1.* eſt, & Apoſtoli illius ſpiritu loquuti, locis id dixere innumeris. Paulus, propterea abundantius oportet obſeruare (expende) ea quæ audimus ne forte pereffluamus. *Heb. 2.*

O ſummam felicitatem verbis illis explicatam, qui ex Deo eſt verba Dei audit, nihil vberius, felicius, aut optabilius magis, quam illius eſſe cuius ſunt cœli *Felicitas hominis qui ex Deo eſt.* nam & erit ille tuus & cœli, tui, nullus enim hoc modo per gratiam illius erit cuius ipſe non ſit, cui felicitati nulla poteſt fieri acceſsio hoc modo præſtantiſsimo



illo

illo fuere Dei, martyres, confeſſores, vi
gines, & piæ ac ſanctæ coniugatæ, qu
hoc modo fuere illi diuini verbi audi
res, abſcondebant illud in corde ne pe
*Pſa. 118.*
carent, odio habebant viam iniquita
propter illud, erat illorum vijs lucer
*De bono auditore vide d. Grego. in verba inebriamini chariſsimi. Can. 5. et hom. 10. in Ezech. in illa replebũtur viſcera &c.*
& lumen ſemitis; diligebant illud ſup
aurum & topazion, in via teſtimonio
Dei delectabantur ſuper omnibus diu
tijs, nullam tunc ſe confuſsionem paſſ
ros intelligebant ſi illa obſeruarẽt: Tu
non confundar cum proſpexero in om
nibus mandatis tuis. Cumque certiſsim
eſſe crederent illud: tu mandaſti man
ta tua cuſtodiri nimis, in hoc omne ſt
dium apponebãt illi: qui autem ex D
non ſunt vt omnino nõ ſunt illi inqu
dictum, propterea vos non auditis qu
ex Deo non eſtis, etſi illorum ſint regn
prouinciæ, imperia & totus illis obtem
ret mundus, vt fuere ſuo tempore, Sa
*Infelicitas eorum qui ex Deo non ſunt.*
Balthaſar, Senacherib, Achab, & ex
cerdotibus Anas & Cayphas infelici
mi illi ſunt, veriſsima ſunt á Chriſto d
cta, veriſsima & iſta tanquam á Deo i
ſo dicta: Maledicti qui declinant á ma
dat

*De malo diuini verbi auditore.*
atis tuis. Quid dicis, ó bone, quia diui-
ijs iſti vt in plurimum affluunt & deli-
tijs, & qui ſuis illi honoribus ſæculo ful
gent, benedicti & habentur, & dicun-
*Vide D. Baſil. orati. 6. de inſtitut. et admonit.*
tur maledicti omnino ſunt quidquid de
ret mundus: ſpreuiſti omnes diſceden-
tes á iudicijs tuis, ſunt illi pretioſi & ſęcu
lo ſuo admirabiles. Sunt Idôla mundi,
quos colit & ſuſpicit ille, ſed ſpreti á
*Pſa. 118.*
Deo ſed contempti ab illo, qui contemp
tus infelicitas extrema eſt, quia omnes
qui elongant ſe á te peribunt, ſed floret
illi & ſæpe á Deo elongari nihili ducũt,
Dum non elongentur illi á principibus
quibus hærere gloriæ ducunt, non elon-
gentur ab honoribus quos ambiunt, á
*Pſal. 72.*
muneribus quæ procurant, â diuitijs qui
bus inhiant, peribunt omnino illi ſubi-
tó perierunt propter iniquitatem ſuam:
velut ſomnum ſurgentium, domine in
ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihi
lum rediges, quod ſi euenire poſſet vt nõ
audientes ex Deo non eſſent, & non eſ-
ſent illi diaboli etſi magna illa infelici-
tas eſſet, nõ videretur ita formidanda, ſed
*Luc. 12.*
ait ipſe: Qui non eſt mecum contra me

 eſt

*Exod. 3.* eſt, ſunt igitur illi diaboli, in quos dir
*Gen. 34.* ſæuit ille quam in Iſraelitas Pharao qu
*1. Re. 30* filij Iacob in Sichimitas, quam in Sic
lech Madianitę quam incenderunt ign
habitatores captiuos ducentes, quam i
Hieruſalem Romani: ſed quorſum ma
labore fatigor, ſunt mala iſta & inforu
nia ridicula comparata illis quibus di
bolus affligit ſuos, quæ nomine ignis
terni ſignificantur, quia ex elementis
rebus ſenſibilibus quod maxime ſeui
cruciat ignis eſt, & ne illius virtutis eff
*Mar. 25.* cacia arbitreris eſſe conſumendos adii
tur æternus, ſed quod generoſos angit
excruciat maxime animos, illud omn
no eſt: quia ex Deo non eſtis. Manifeſt
runt illi quæ dixerat Chriſtus, & ſe illo
eſſe confirmarunt de quibus loquebat
cum ad illius doctrinæ prædication
*Phariſæorum inuidia inimicitia.* non emendati ſed exacerbati ſunt dic
tes: Non ne bene dicimus nos.

Expende quanta horum malitia ſit
qui ſale corrumpuntur, luce obcæcan
tur, veritate offenduntur, ſi iudicio
lerent illi expendiſſent dicta, maturiu
illa examinaſſet & ſi vera illa reperiſſent

reperirent ſi ſinceris illi eſſent ani-
s, amplecterentur, ſed inſolens ani-
s reſpuit veritatem & ita incenditur
icentem illam. ò deſperatæ ſalutis in
mos qui medicamina reſpuunt in qui-
s illorum ſita eſt ſalus & medicos con
cijs de honeſtant qui illorum ſalutem
ico animo procurant. Eſt morbo *Diuinum verbum animi medicina.*
m animi medicina diuina veritas, hæc
alos omnes humores euacuat, libidi-
s ardores extinguit, auaritiæ ſitim in
plebilem ſedat, tumorem ſuperbiæ pel
pigritiæ podagram ſanat, inuidiæ
us facit euomere, ingluuiem placat,
gignit ſalutiferos humores, qui hanc
puunt vt iſti, & medicum ſupremum
honeſtant, quæ ſpes ſalutis illorum

O Saule in Dauidem nequiores, qui *1. Re. 19.*
ceas iacitis in verum Dauidem ve-
m quietem procurantem, quid (ſi
ſunt hodie his ſimiles de ſua ſalu-
futurum ſperant. Quia quos miſſit *Par: 19.*
atos Dauid ignominia affecerunt An
n & ſui tot ſunt illi benemeritis bel-
vexati, quid euenturum credemus his
qui

qui diuinos legatos irrident, cōtemũ
vexant? Amentiſsimi homines cum q
piam alieno nomine notamus, ideo id
quia, aut aſpectu, aut ſermone, aut oper
ſimilis illi eſt, & aliquid habere vide
de illo, vt cū quiſpiam domino ſuo m
2.Re.16. ledicit appellans illum Semei quia ma
dixit ille Dauidi, cum quiſpiam domin
ſuo parat inſidias appellamus illũ Ach
2.Re.16. tophel, quia domino ſuo inſidias ille
rauit, cum quiſpiam vitæ inſidiatur
2.Re.15. ternæ appellamus Abſalonem, quia
rauit ille illas patri, cum quis virum b
1.Re.19. ne de ſe meritum perſequitur dicimus
lum Saulem quia benemeritum Dau
Heſt.6. eſt perſequutus, cum quis Regia bene
lentia abutitur in aliorum depreſione
appellamus Amam, quia abuſus fuit
le illa in perniciem Iudaici populi. N
explicate impudentiſsimi quid habea
le Samaritani, quod cum diabolo co
mercium inuenietis omnino maiorem
tercedere ſimilitudinem inter diem te
bras, inter niuem & picem, & inter ea o
nia quæ contrarietate ſunt oppoſita, q
inter Chriſtum & Samaritanum, in
Chr

hriſtum & diabolũ, Samaritanus enim
lō vobis inuiſus eſt quia legē non ob-
uat, Idôlis libat, Chriſtus autem legis
obſeruātiſsimus, idolorum abolitor: *Ioan. 10.*
Diabolus nocet, imponit, illaqueat, per *Pſal. 90.*
it, excæcat, lupus ille hominis eſt, aper, *& apoc.*
o, draco, aſpis, hoſtis, mendacij magi- *12.*
er, princeps tenebrarum, ſuperborum *Mat. 13.*
put, Chriſt⁹ noſtræ procurator ſalutis. *Ioan. 8.*
ulli vnquam imponēs, dolos deteſtās, *Eph. 6.*
queos rumpens, cœcos illuminans, om
s lucrari laborans, Chriſtus agnus mũ *Chriſti ſũ*
tiei amator, ſæui leonis victor, draco- *liberri-*
is concultator, veritatis magiſter, lucis *ma in ho-*
inceps, humilium caput, quid ergo in- *minē mu-*
niſsimi dicitis vos, non dico ablato o- *nera.*
o quia tunc omnia vobis viderentur ſu
limia ſed affecti illo, mores Chriſti cō *Confer*
mplamini, doctrinam diſcutite, & cum *Chriſtum*
ophetis veſtris conferte miracula, pen *nomini-*
te, & dicite quid habeant iſta cum Sa- *bus qui-*
aritanis aut diabolo communia? Et ag *bus Pha-*
oſcetis vos dupliciter fuiſſe abſurdiſsi- *riſæi ne-*
e mentitos & cũ Samaritanũ illum ap *phandi il*
llaſtis & demonium habere dixiſtis, & *lum appel*
um ita fuiſtis nefarij loquuti non ne be *larunt.*
nedi-

medicimus nos cum turpiſsime & abſ[…] diſsime & mendaciſsime diceretis. Illi ſunt animo ſimiles qui cum male dica[…] & detrahant non contenti tanti facino ris patratione dicunt: non ne bene di[…] mus nos &c.

Vide quam diſtet Chriſti optimi m[…] ximi ingenium benignisſimum ab h[…] rum ingenijs perfidis, illi ad veritatem (& ideo dictam vt reſipicerent illi) fu[…] efferati, Chriſtus ad mendacia ignom[…] nioſiſsima ingenti animi tranquillita[…] manſuetiſsime reſpondet & ad id qu[…] inferius erat quia hominum erat quo[…] morbos curaturus venerat ſilet, ad ill[…] autem quod patri erat aduerſum, & o[…] nem doctrinæ & miraculis tollebat a[…] toritatem reſpondet & ita manſuete planiſsime illi congruere videatur ag[…] nomen: ego dæmonium non habeo. Se[…] quod me ſæpiſsime rapit in admiration[…] illa ſunt, quod crimina quæ vix hoc di[…] na videtur eſſe nomine, vt ſunt illa ap[…] ris dicta in Heliſeum: Aſcende Calu[…] aſcende Calue: & dicta ad Heliam: H[…] mo Dei, homo Dei, tam ſint graui & […] le[…]

*Phariſæorum dirũ ingenium*

*Expende*

4. *Re.* 2.

4. *Re.* 1.

[…] punita ſupplicio, & conuitium hoc […] conuitio execrabilius & non di[…] apueris quorum ætati fortaſſe eſſet […]endum, anilitibus qui non admodũ […]lent eſſe in prophetas beneuoli & mo[…]ſti; ſed conuitium in dominum pro[…]etarum & à Scribis & Phariſæis.

Ad iſta ſilentio & blando ſermone reſ[…]ondeatur, ego dæmonium non habeo, […] honorifico patrẽ meũ. Ecce propo[…] eſt tibi à magiſtro regula quam ſis […]conuitijs in te factis ſeruaturus, ſerua […]lle illã cum eſſet omnipotens & pro […] inſtrum exemplum ſeruauit; ad ea […] ad te ſpectauerint & in te hominem […]rint ſile, vince illa ſilentio. Erit id & […] vtiliſsimum & gratiſsimum Deo, cu[…] ſeris imitator & dete ab illius ſapien[…] dictum extima: Melior eſt patiens vi[…] forti, & manſueti mercede donaberis […]debiſque intus pace, quiete, tran[…]illitate, eritque conſcientia tua ſimi[…] portui quem tumidi maris fluctus […] irrequietant, conſuleſque hoc mo[…] & corporis & animi tui bonis, quæ […]tem in Deum ſunt, ad illa modo

quo

*Regula pijs a pietatis magiſtro propoſita.*

*Prou.* 16

*Matt.* 5.

quo Chriſtus reſponde, & in omnibu
illius gloriam & honorem quære, & eu
niunt illa tibi: & honorificabit cum pa
Ioan. 12. ter meus, non inani honore ſed hono
Dan. 13. rificatore digno, immortali & cœleſti
Gene. 39. &c. Non arguunt & conuincunt de pe
cato cum dicunt: Non ne bene dicimu
3. Re. 16. nos, neque enim conuincere quempian
de culpa dicemus eo quod qui hoſti
ſunt in illum animo illa dicant. Dixe
re in Suſanam nefarij ſenes, dixit in Io
ſeph impudentiſsima fœmina. Dixe
re in Naboth falſi teſtes, at non ſun
conuicti illi qui nequaquam
illa patrarunt.

(?)



## SALVTATIO.

*DVriſsimum eſt hominum ingenium ni emol liatur illud a Deo, neque doctrina, neq; mi- raculis conuincitur illud, vt ex perfida, & do- loſa iſta interrogatione & ex facientibus il- lum conſtat Sed nō deſtitit ob id ab officio ſuo* 2. Tim. 4
*Chriſtus, vt tota in illos culpa reijceretur, do- cet prædicat, qui ſit illis manifeſtat & quod nō latere illi qui illic eſſent, nobis animos addens vt prædicemus, opportune, importune. Quod ſi auditorū malitiam nulla illis aliquādo deri uatur vtilitas nos non defraudabimur noſtra, vt deriuetur omnibus precemur virginem, vt obtineat nobis gratiam. Aue Maria.*

# THEMA.

## Quouſque animam noſtram tollis? &c.

DEambulabat Ieſus in porticu Salomonis: quemadmodum, nihil vnquā

 a Chri-

á Chriſto dictum fuit quod careret my
ſterio, ita neque factum, myſterijs igitu
non vacat quod ſtet, quod ſedeat, quod
deambulet, omnia in illo docēt nos, om
nia inſtruūt, omnia prædicāt, De Ioān
Baptiſta multi illa ita explicant, ego vo
*Nihil aut dicitur aut fit a Chriſto ſine myſterio.* clamantis in deſerto quod nihil in illo e
ſet quod non eſſet vox clamans & ad p
nitentiam ad hortans, ſiue amictus cor
poris, ſiue cibus, ſiue potus, ſiue humu
qua profecto vtebatur, lōge maiori cum
perfectione dicemus ꝙ in Chriſto verb
*Luc.* 1. nihil erat quod non eſſet verbum, illu
ſanctitatem, pietatem, ſapientiam, & om
nipotentiam clamans & doctrinam ho
mines diuinam docens, ſtat igitur cecum
*Luc.* 18. illuminaturus oſtendens verbo ſuo ob
dire omnia neq; ſeſsione aut longo tem
*Pſal.* 32. poris ſpatio illi eſſe opus ad mirabili
illa, ad quę tota mundi poteſtas & ſapie
tia ſtupebat operanda, ac ita illo omniu
imperio quo in ſpatioſa ſimul & ſpecioſ
*Mat.* 8. mundi machina creanda vſus fuit. Vte
*& Ioan.* batur in edendis miraculis reſpice, mu
10. *&* dare, neq; mora ſpectata aliqua ſedebat
*Luc.* 5. cum gratum erat illi, rei agendę maieſt
tem



tem & grauitatem explicans & quanta il
eſſet exercenda tranquillitate animi,
minime propere ac veluti aliud agens
ri, á quopiam debere qui illius cuperet
e imitator, vt cum docebat cum de re *Matt.* 5.
s grauiſsimis agebat cum diſcipulis, *Mat.* 26.
uabat oculos non tamen vt noſtra con *Mar.* 4.
cta penuria ſubueniret illi, vt fecit *Luc.* 4.
ando multitudo illa copioſa ſequuta *Ioan.* 4.
um eſt, ſed vt oſtenderet ſe incolam
e in terra ětſi illius illa eſſet, curiam au *Luc.* 6.
m illius eſſe cœlum. Simul & docens *Ioan.* 6.
erni ſemper ſitire patris honorem, il- *Ioan.* 17.
uſque vt ipſe ſæpe dixit negotijs inten-
re, & homines inſtruens ex ſuperno
lo & excelſiſsimo Libano fluere impe
bona omnia quibus inferior iſta ma-
hina gaudet. Nūc deambulat in porticu
alomonis non otioſus quidē ſed altiora
editans, quam nullus Iſaach in agro, *Gene.* 24.
ullus Iacob lapidi innitens, nullus Da *Gen.* 28.
id etſi magnum ſe diuinæ legis & volū *Pſa.* 118.
tis meditatorem digniſsime & ſæpiſsi-
e prædicet, quoniam lex tua meditatio
ea eſt, meditatus ſum in omnibus ope
bus tuis, & in factis manuum tuarum

meditabar. Voluebat fortaſſe inter ſubli-
*Pſal. 76.* mia illa quæ ſacro agitabat animo qua-
dam ſimillima illis de quibus propheta
Dauid: Cogitabam dies antiquos: & tem-
*2. Mac. 3* plum quod ſolum Salomonis retinebat
nomen in cuius atrio deambulabat qua-
*1. Eſdr. 1.* fuiſſet illud varijs tẽporibus vaſtatum,
*& 5.* æquatum ſolo cum tunc eſſet illud Au-
guſtiſsimum, ditiſsimum & toti orbi mi-
rabile, præbebatq; illi occaſionẽ vt hæc
ſacro ſuo volueret animo, nõ tantum de-
ambulatio in atrio illius ſed quod feſti-
ageretur de illius tempore Eſdræ aut in-
ſtauratione aut reædificatione. Volue-
bat, & mores hominum perditos, irreue-
rentiam in ſacra, diuinæ aſpernationem
legis, dira in illum concepta odia, & il-
*Pſa. 138.* los ipſos quos ſciebat illum interrogatu-
ros (noſcit enim ille cogitationes de lon-
ge) futuros eſſe cauſam miſerabilioris te-
pli vaſtationis & ruinæ, angebaturq; a-
mo quod futura eſſet tãta hominum im-
pietas, tanta in illũ, tam cęca & imman-
crudelitas, tam nephandum facinus v-
illorum id exigente flagitio, atrocitateq;
illius tam graui ſupplicio eſſent punie-
di,

li, vt neque loco ſacro propriæ inquam
illius domui, & in illius gloriam extru-
ctæ non eſſet parcendum.

Nunc quam ſint frequentes non in tẽ-
pli atrijs ſed in templis ipſis de ambula-
tiones, & quam diſsimiles huic Chriſti
optimi maximi deambulationi & tem-
pli ſanctitate, ſi quis ſpectaret Hieremias
threnos ederet. Si quis Helias diuini ho *3. Reg.*
noris zelo conſumeretur, ſiqui Dauid *Pſal. 68.*
cruciaretur animo & dolens ita loquere *& 118.*
tur: Opprobria opprobrantium tibi ce-
ciderunt ſuper me ſiqui Eſdras pallium *1. Eſdr 9*
procul dubio ſcinderet, barbam euelle- *& 3 Eſ.*
ret, mærens ſederet vt fecit. *1. 8.*

Quid deceret domum Dei explicuit
Dauid qui ita illius amore tenebatur vt
diceret: Dilexi decorem domus tuæ, & *Pſal. 25.*
locum habitationis gloriæ tuę. Domum *& 26.*
inquit, Dei decet in longitudinem die-
rum, decet reuerentia illa quæ fuit maxi
mis æquiſsimiſque præcepta viris. Solue *Exod. 3.*
calceamẽta de pedibus tuis, locus in quo *& Ioſ. 5*
ſtas terra ſancta eſt, & quæ commendaba
tur cũ præceptum eſt, facies mihi labrũ
æneum cum baſi ferrea, & lauabunt Aa- *Exod. 30*

ron & filij pedes cum ingreſſuri ſunt ta-
bernaculum teſtimonij. Et locis ſacri[s]
muneribus ve ſacris detrahentes hono[rem]
*Puniti ſacra prophanantes.* accerrime puniti ſunt, & qui illorum ſa[n-]
ctitate ſunt abuſi, neque erant illi q[ui-]
dē vulgares homines, vt nūc vt in plu[ri-]
mū ſunt qui ſacra loca prophanāt, ſed [Re-]
*1. Mac. 9* ges vt Antioch⁹, Balthaſar, Aſias. Ho[die]
hiſce præditi dignitatibus debitis rat[io-]
*Dan. 5.* me Deum defraudant obſequijs, & ...
loca illa ſacra quidem, diuinis dic[ata]
*2. Par. 2.* obſequijs, ſed non ſupremo iſto mo[do]
ſanctificata & honorificata quo no[ſtra]
ſunt, in quibus idem qui cœlos beat[,]
cęlitibus cum innumeris Angelorum [a-]
minibus, adeſt, cuius maieſtate & di[g-]
nitate cognita in ſtabulo, in ſumma [ino-]
pia, ante promulgatam diuinam doct[ri-]
nam, ante ſpectatos diuinos illius mo[res,]
ante rerum mirabilium operationē, a[nte]
ſummæ illius dilectionis erga homi[nes]
*Mat. 26* manifeſtationē: quam proprium illoru[m]
amore ſanguinē fundens manifeſtauit[.]
Procidentes adorauere Reges, verbū [ex-]
pende procidentes & qui quantæq; ma[ie-]
ſtatis ſint qui ſe proſtrauerunt, & nu[nc]
no[s]

[n]on in ſtabulo, ſed in templis auguſtiſsi-
mis, non in inopia, in argento, auro, gem-
mis, poſt tot, tamque miranda ſummę di-
lectionis nobis indicia exhibita, in illius *In prophanātes loca ſacra.*
conſpectu, ante illius oculos, ad aures il-
lius, qui cogitationes cordis audit, deam-
bulamus, indecenter, irreuerenter, in cō-
poſite, loquimur indigna auditu & fa-
cimus indigniſsima factu, & in locis in
quibus præ illorum ſanctitate digniſsi-
me parcitur homicidijs & ſicarijs, ita
vt iudicum æquitas puniendorum, ſcele-
rum auidiſsima ibi nocere non audeat il-
lis, aut extrahere illinc vt puniat, Deo
ipſi, vt ſic dicam, non parcatur ſed con-
temnatur illius maieſtas, æquitas non ti-
meatur. Statutę ſunt ęquiſsimę ab huma-
nis legibus pęnæ grauiſsimæ in illos qui
in proprias aliorū domos, ingrediūtur vt
noceant aut offendāt illis, quę ergo expe-
ctabūt iſtos prophanatores qui domum
Dei propriam ingrediuntur vt vacent in
illius iniuriam & cōtēptum illic rebus ri-
diculis, ludicris & fortaſſe pernicioſis & *Pſa. 138.*
ſtultis? Nō videmus exardere ignem in ſy-
nagoga & cōgregatione eorū, neq; flāmas

comburẽtes peccatores vt euenit Dathā
*Pſal.* 105 & Abiron, Nonvidemus ſubito articul
pœnas illis debitas ſcribentes in pariet
*Dan.* 5. ad quas Regis alioqui tremendi cōpage
renũ ſolutę ſunt, Sed ſcimus quod altiſſ
*Eccl.* 5. mus eſt patiens redditor, qui tarditatem
ſuplicij grauitate compenſabit, qui i
*Hier.* 7. in prophanatores loquitur: Nunquid ſp
lunca latronum facta eſt domus iſta, i
qua inuocatum eſt nomen meum, in oc
lis veſtris? Ego ſum, ego vidi, dicit dom
nus. Verborum horum cummetu & t
more pōdus expendat quiſq;. Ego ſum
ego vidi. Et Oſeas propter malitiam i
inuentionum eorum de domo mea ej
*Oſeas.* 9. ciam eos. De reuerentia templis exhibe
da vide Baſilium oratione ſecũda de p
catione.

*D. Baſil. oration.* 2 *de precatione.* Qui ſana ſunt mente & quanta dicat
diuinæ maieſtati templis reuerētia debe
tur, intelligunt, Dauidi Regi, non hom
ni vulgari ſed Regi diti, forti, ſapienti ſi
miles reſpectu in ſacra, ita loquuntur
*Pſalm.* 5. Introibo ad domum tuam adorabo a
templum ſanctum tuum in timore tuo,
Introibo in domum tuam in holocau
ſti

reddam tibi vota mea, quæ diſtinxe-
unt labia mea. Introibimus in taberna *Pſal.* 65.
ulum eius adorabimus in loco vbi ſtete
ūt pedes eius. Hinc Ioiada ſacerdotem
um eſſet iugulanda Athalia qui inno- 4. *Re.* 11.
ētum ſanguinem & eorum qui coniun
iſsimi erant præ dominandi libidine
udeliſsime fuderat audimus dicētem,
ræcepit autem Ioiada educite eam ex-
a ſepta templi.

Circundederunt ergo eum Iudæi dicē *Textus.*
s, &c. Non pepercit loco ſacro illius
npietas, ibi pedicas parat, ibi laqueos *Eccl.* 27.
hriſto tendit, ibi in illius conſpectu cō
ulcant os ſuum qui cordium illorum á *Pſal.* 21.
ritudinem nōuit, ibi ſe animo fingũt
mplici ante illum qui quam eſſet du- *Pſal.* 38.
lex melius ipſis nouerat, ibi tandem la- & 139.
a doloſa in corde & corde loquuti ſũt,
erant quæ dicebantur ab illis omnino
uæ dixerat Dauid: Iniquitas & dolus.
Quod optabant illi maxime illud om-
no erat, vt aſsiduis illorum & ſubdolis
ſcontationibus quid reſponderet ipſe
uod aduerſari Regiæ Cæſaris potentiæ
deretur Chriſtum Regem ſe appellan-

 do,

do, neſcientes miſeri quod terra ſcabel-
lum eſt pedum eius, & quod regnum ani-
morum omni regno eſt ſplendidius & ſi
cęcis illud non videretur ſplendere ocu-
lis, cui regna omnia ſceptra & diadem-
ta erant ſubjicienda. Ab hominibus po-
ſent quidem illi & fortaſſe ſapientibu-
ſuis blandicijs & dolis quid extorquere
aut parum cautè, aut parum prudente
aut parum iuſte dictum & quia homin-
illi erant: & carnei illis oculi vt ſpecta-
re non valerent & intueri cor. Sed qu-
ſpectaret á Sole tenebras quam eſſet ſt-
tus, illo iſti fuére ſtultiores qui á ſapien-
tia ipſa quid inconſulte dicendum ſpe-
ctauerunt, ab æquitate quid in iuſtum
Rectitudine quid non rectum, ab eo q
nouit abſcondita cordis dolo extorque-
dum quid: quod illius dignitati deroga-
ret. Sed expendamus rogo quam ſit ocu-
lata inuidia ad ea quæ vipereo illius p-
lato grata ſunt, & quam cœca illa ad
quæ ob illius odium & dirum ingeniu-
ſunt ingrata blāditias patris in teneru-
filium, res patribus adnata, & non in-
iucunda, fratribus natu maioribus qu-
ne-

*Homo ab homine imponi poteſt, non Deus ab homine.*

*Inuidiæ ſtultitia.*

*Gen. 37.*

neque videri deberet quia res illa erat mi-
nutiſsima vt notaretur, viſa eſt ab in-
uidia fratrum Ioſeph. Hominis afflicti
vt Mardochei. Aman qui tanto rerum
ſplendore gaudebat & cui tot aperieban-
tur capita, tot flectebantur genua, con-
temptum notauit: & hoc illum ille ap-
pellauit nomine, cum tamen contemp-
tus non eſſet præ inuida animi elatio-
ne.

*Heſt. 6. & 7.*

Sed miſſa faciamus priſca illa exem-
pla, ſuppeditant nobis innumera recen-
tia tempora noſtra, quæ quia explicari
non poſſunt aut egre feretur ſilemus.
Vultus hilaritatem notat in principe;
blandum verbum qui alij inuidet; me-
dici notat inuidia quod alius magnatis
alicuius domum inuiſit, theologi quod
aliquem frequentior populus ſequatur.
Oculatiſsima illa eſt in his quæ alienam
felicitatem ſapiunt, quibus ſe torquet, in
illis autem quæ ingrata illi ſunt & iniu-
cunda viſa in medio Sole cæca eſt, ſi in
grata illi eſt Abrahā fides, nō videbit il- *Gene. 25.*
lā: ſi obedientia Iſaach non videbit illā:
ſi æquitas Samuelis non videbit illam: *1. Re. 7.*
ſi pu-

ſi puritas Ioſeph, non videbit illam, aut
*Gene.*39. non videre ſe ſimulabit, cum ſint res iſta
maximę, vt mõtes excelſi, lucidæ vt ſtel
lę cœli, perſpicuæ, vt aquæ nitidæ.

Sole erat pijs animis ſplendidius quod
Ieſus erat Chriſtus. Quod requirebant il
li, nam omnes illi propheticæ pollicita
tiones congruebant maxime illi: rectius
1.*Re.*16. plenius, & planius quã ſi de Dauide fuiſ
& 17. ſet vaticinatum quod erat futurus ruſu
& pulcher aſpectu, trucidaturus gigan
tem, ducturus Michol vxorem & regna
*Judi.* 15. turus in Iſrael: Aut de Sanſone, quod
eſſet futurus lacertorum robore validiſſi
mus, dilaceraturus leonem, Philiſtæos a
ſini mandibula iugulaturus quæ omni
in ipſis viderent completa. Illius etiam
fuiſſe imagines ſacrificia conſtabat eti
planiſsime vita illius doctrina miraculi
& morte ſpectata, deerant tamen illi (il
lorum ſomnia) faſtus, pompa, ſtrepitus
famulitium, æquitatus (res in digniſſi
mæ Deo). Et quæ plures humani ſapien
tes & irriſerunt & contempſerunt, & qu
onera grauia eſſe dicunt quia illa poſſi
*Mat.* 4. dent. Quorſum iſta ſibi caperet qui cœ
li erat



erat domin⁹, cui omnes miniſtrabãt An-
geli, cui orbis amplitudo eſt anguſta, cui *Mat.* 11.
omnia ſeruiũt, cuius maieſtate plena erat
omnis terra? Aut quomodo harum rerũ
inanitatem & contemptum, & innanem
poſsidentium gloriam quæ ab illorum
prophetis innumeris in locis ſunt dam-
nata, prædicaret ille, & doceret ſi magni *Dan.* 2.
illa haberet, & glorioſum duceret Regẽ & 5.
eſſe Balthaſari aut Nabucodonoſori ſimi
le? quod ſi nõ illũ Dei filiũ futurũ ſpectãt
neque ſublimia docentem, neque æter-
na promittentem, extollentem animos
horum ad æterna, diuina & inefabilia,
cuius potentia ſit omnipotens, cuius ſa-
pientia ſine numero, cuius miſericordia
ſine fine, cuius miracula inefabilia ſimi
lis erit ille illis.

Si autem ſinceris animis & inuidia poſ *Meſsias*
ita fuiſſent omnia contemplati, quando *qualis e-*
ſuis illis prophetis auertiſſent oculos: *rat expe-*
ab illorum itẽ ſacrificijs, & quotquot aut *ctandus.*
Chriſtum optimum maximum promiſ-
ſerunt aut adumbrarunt in ſua lege, cum
viderent eum qui literis non vacarat lite
ras docere præſtantius Salomone, & qua

rum

*Innumera oſtendentia Chriſtum Deum eſſe.*
*Tit. 2.*
*Vide rogo quam ſint innumeraque Chriſtum Deum, reruḿq; me ſsiam probent, in D. Chry. tom. 5. de monſtr. quod Chriſtus ſit Deus, & D. Aug. lib. de ciuit. Dei. 7. c. 32.*

rum ſplendore omnium philoſophorum & ſapientium literæ obſcurarentur, vide- rent leges illum ſancire æquitate, ſapien- tia, vtilitate, certitudine Minois, Rada- manti, Solonis, & legiſlatores omnes ſu- pra modum ſuperãtes: Viderent nouum populum condentem, nõ Romano ſimi- lem cupiditate, ambitione odio, vitijſq; alijs innumeris laborantem, ſed conden- tem populum mũdum, ſectatorem bono- rum operum in quo, non impotens am- bitio, non ardens cupiditas non cuncta graſſans inuidia, non dementans ſuper- bia, nõ honeſtas fędans, neq; quid quod rationi eſſet cõtrarium permitteretur, ne- que præciperetur quod omni populo nõ eſſet vtile, gratum, ſalutiferum, honori- ficum, cuiuſmodi ſunt pax, pietas, æqui- tas veritas, ſinceritas, manſuetudo, mag- nanimitas, ſanctitas & quidquid animus valet honeſti & vtilis concipere, dete- ſtãs deorum mendacem multitudinem, ſacrilegas illorum oblationes, quibus fi- lios & filias immolabant, illorum impu- ſturas & mendacia, promiſſa connubia ſpontaneas & proprias cędes, & quiqui[d]

ipſa

*& D. Iuſtin. in dialog. cum Triphone Iudæo & apolog ſecunda pro Chriſtian. & d Nazian. lib. 3. Theſ. fol. 164.*
*Felicitas & tranquillitas Chriſtiani populi.*
*Philoſophus qualis.*
*Chriſt. ſũma & adoranda perfectio*

ipſa bene informata natura abhorret. Ita diceres illum Paradiſum ex diuinis & cæleſtibus plantis aut arboribus ſatum in terris fuiſſe, & mundũ vniuerſum ſuis le- gibus obſequentem, non mare, ſed portũ, non militiam, ſed pacem: non conte[n]- tionem ſed quietem, ac tandem ad cœle- ſtium ciuium normam fuiſſe illum com- poſitum. Si Chriſti mores ſpectarent illi, perijſſent ſummum quem animo cõce- perant philoſophum Stoyci (qui nunquã qualem illi pingebant in terris apparuit) ſicut nuſquã Sol ſcintillam ſuperare. Nam il- lum ſuum philoſophum ita ſomniabant in quem nulla caderet animi ægritudo, nul- lus perturbatus affectus, qui non ira, non odio, non cupiditate tangeretur, qui ni- hil ex his quæ mundus magni habet mi- raretur, qui nihili duceret mortem, quẽ fractus illaberetur orbis impauidũ fe- rret ruina. Tollebant autem illi miſeri- cordiam & compaſsionem vtiliſsimos af- fectus ad proximorum ſubuentionem, at huius perfectio viri ſomnium fuit Chri- ſti cõparata perfectioni. Non nos iſta di- cimus tãtũ qui illũ adoramus, qui lętiſsi

nus

mis animis Deum eſſe fatemur, dicãt illi
1.Petr.2. qui vitæ fuere ſpectatores, qui Adam
ad labores & cõuicia firmior, qui nõ fere
bat illa tantum, ſed maledicentibus be
nedicebat, qui animus ab omni præpo
ſtero affectu ita liber, non illum cupid
tas, non ambitio non vindictæ appetit
perturbabat, nullus dies ita placidus, it
ſerenus. Expendite quæſo quomodo ni
de Chriſto loquantur, non enim de D
loquimur, ſed vt de homine planiſſim
oſtendentes quod nequibat talis ac tam
perfectus homo neque eſſe, neque repe
ri, ni Deus eſſet: permittamus illis di
ſiquid notarunt quod non eſſet excel
ſum, conferant illius ſanctitati ſuorum
*Sãctorũ veteris teſtamenti perfectio* prophetarum & patriarcharum ſanctit
tem, vt Moſes, Abraham, Iſaach, Iacob
Ioſep, Dauid, Eſaiæ, Hieremiæ, Ezech
lis & compertiſsimum inuenient mo
ſplendore ita illos excelluiſſe vt Sol ſte
las quæ ſuo illæ lumine lucent, ſi exte
*Corpus Chriſti diuinitatis domicilium.* num corporis habitum conſideraſſent
miſſam facio pulchritudinẽ & ſpeciem
ſed inceſſus, modeſtiam, totius vultus h
neſtatem, parcitatem ſermonis, niſi cu
popu

populum inſtruebat aut reſpondebat ro-
gatus, mundiciem amictus Crederent di
uinitatis eſſe domicilium corpus ita cõ-
poſitum: & in quo tanta & tam excelſa
lucebant. Quod ſi ad hæc miracula ac-
cedãt quis aut plura aut maiora fecit quã
fecit Chriſtus, neque mendicata virtute
fecere Moſes, Heliſeus, Helias, Da- *Exod. 15.*
niel, ſed propria, quod & illis ipſis vt cõ *3.Re.18.*
ſtaret æquum erat, non enim rogãdo ſed *4.Re.2.*
præcipiẽdo fecit innumera. Quod ſi quæ *Luc 7. et*
interpoſita deprecatione facta fuere, *Mat. 8.*
ideo facta ſunt vt notum illis fieret non eſ- *& 12. &*
ſe (vt mentiebantur illi) Chriſtum ęter- *Luc. 8.*
no aduerſarium patri ſed illius eſſe vni *Joan. 17.*
cum filium, volũtatis illius in homines
diuina dignatione interpretem, doctri-
næq; illius magiſtrum, & in cœleſtia reg
na ducem, non vt Moſem, Paleſtinam
qua, miſeri eiecti ſunt. Quando igi-
tur non vna lingua ſed innumeræ reſpõ
debant illis, & quod omnibus potentius
eſſe ſolet linguis opera ipſa? Quid dicũt *Cũcta in*
miſeri dic nobis palam, cum nihil magis *Chriſto*
loquantur, aut potius clament quam quę *Deum eſ-*
dicimus & innumera quæ dicere non va *ſe clamãt*
Ec lemus?

lemus? Sed reſpondendi modum mirabi
lem & adorandum expende. Nequiuit ita
reſponderi niſi à ſumma ſapientia & qui
corda illorum agnoſcebat, & qui de ſuis
operibus & miraculis quam debebat ha-
*Text.* bebat certitudinem, & fiduciam: Dixi
vobis & non creditis cum veriſsime ſem
*Reſponſum Chriſto digni.* per fuerim loquutus, neque inane vn
quam á me fuerit prolatum verbum, quæ
ſolent dicenti conciliare autoritatem vt
dictis illius fides habeatur, dixi ego non
pro me alius, de cuius fide dubitare poſ
ſetis, vobis: qui magiſtri eſtis populi, qui
capita, qui duces, non vulgo tantum au
*Expende.* plebi & cum tanta ſint quæ vos ad cre
dum obligent non creditis, loquãtur ig
tur opera, quæ neque ficta eſſe poſſunt
neq; mẽdacia neq; parabolica & quæ in
varios ſenſus poſsint detorqueri, neq; ſe
ipſa aut defendere, aut ſimulare quæ vo
non exiguo ſtudio, ſepiſsime diſcuſsiſtis
probaſtis, examinaſtis, teſtib⁹ vndequaq;
quæſiſtis, quæ coram vobis ſunt facta &
ſæpe coram numeroſiſsima multitudi
ne, opera igitur quæ ego, non Dæmon
perfidi calumniamini non aliena virtut
ſed

ſed ego non dico, ſed facio, ipſa teſtimo
nium perhibent de me illud diſcutite, & *Admiranda in Chriſti reſponſo includuntur.*
examinamini, hiſce potẽtiſsimis operib⁹
conuictus ſinceræ mentis Nicodemus di
xit: nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu
facis niſi fuerit Deus cum eo. Et quidam
ex ipſis dixerũt, quomodo poteſt homo
peccator hæc ſigna facere? Et turba dixit *Ioan. 3.*
Chriſtus cum veniet plura ſigna faciet.
Vnde vt Ioannis ille diſcipulos reuince *Ioan. 9.*
ret, operibus teſtimonium percontationi
& reſponſum perhibuit: ite & renuntiate *Ioan. 7.*
Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis, ſurdi au
diunt, muti loquuntur, mortui reſurgũt.
Sed ò reſpondendi egregium modum,
& quem nos eſſemus imitaturi ita pie, ſan
cte, & inculpate, viuentes quiſque iuxta
ſuum viuendi inſtitutum, vt nos ad ope
rũ noſtrorum teſtimonium ſecure poſſe-
mus remittere, vt ita qui Chriſto no-
men dedit rogatus Chriſtianus ne eſſet?
Opera quæ ego facio, dæmoni abrenũ
ciaui, pompis item ſæculi, conditus fui
ſale, ne corrumperer, & Deum ſape-
rem, lucerna donatus vt lucerem, can-
dida veſte amictus, vt moribus eſſem

candidis, cruce inſignitus, vt hæc mihi
*Thi. 2.* gloria eſſet, mundatus á peccato vt ex po
pulo eſſem mundo & bonorum operum
*Mat. 24* ſectatore: opera quæ ego facio; es ne ſa-
cerdos? Noli reſpondeat lingua, nō frō
des areſactæ ficulneæ opera quæ ego fa
cio, nō me vides in falſo condientem, lu-
centem, & egentes lumine illuminante
opera que ego facio. Es ne paſtor, præla-
tus, iudex? Opera quæ ego facio ipſa te-
ſtimonium perhibent de me quę ſi pia &
*Aſſeritur prædicta veritas ſimilibus.* inſtituto viuendi aut muneris conve-
nientia ſunt, eueniret nobis in domini
gloriam quod vineæ excultæ & fructiſ
ræ quæ cum vites habeat vuas variæ na
turæ ferentes, nullus interrogat cuius
illæ ſint naturæ, fructibus teſtimonium
prohibentibus. Cum quis amæniſsimos
hortos in quibus variæ ſunt naturæ arbo
res ex quibus ſunt pendent ameniſsimi
fructus, nullus rogat cuius ſint arbores
conditionis pendentibus pomis gratiſ-
*Cant. 4.* ſimis teſtimonium perhibentibus. Ideo
Eccleſia dicta eſt hortus concluſus, & de
*Cant. 8.* illa dictum: Et vinea mea coram me eſt
& tam frequens in ſcriptura arboris viti
& pal-



& palmitis vſus, aut facite arborem bo-
nam, &c. Securis poſita eſt ad radicem *Matt. 7.*
arboris, &c. Ficulneam habebat quidam
in vinea ſua, &c. Nunquam ex te fructus *Matt. 3.*
naſcetur inſempiternum. Omnis palmes
non ferens fructum ſcindetur & in ignē *Mat. 13.*
mittetur. Fuit etiam in antiqua lege cōpa
ratio ab arboribus ſumpta vſitatiſsima: *Mat. 21.*
Et erit tanquam lignum quod plātatum
eſt ſecus de curſus aquarum, quod fructū *Joan. 15.*
ſuum dabit in tempore ſuo. Iuſtus vt pal
ma florebit, & ſicut cedrus Libani multi *Pſalm. 1.*
plicabitur. Plantati in domo Dei noſtri,
in atrijs domus Dei noſtri florebunt. Ex *Pſal. 92.*
pende iſta, quin & viſione, Magno pro
phetę Ezechieli manifeſtata id fuit oſtē
ſum, cum vidit lignum ex vtraque parte
ripæ pomiferum.

Sed rariſsimi hodie ſunt cum omnes *Ezec. 47.*
eſſe deberent, & eſſe teneantur qui ſe ſe
ad operum fructuum ve teſtimonium re
mittunt, ſciunt apertiſsime aduerſus il-
los futurum: pluſquam ſi ſe mollem eſſe
diceret Adamas aduerſus illum teſtimo- *Expende quam ſint iſta certa*
nium ferret numquam ſatis domita duri
ties, aut ſi ſe quietum diceret Euripus, il

 lius

lius inquies & feruor aduerſus illum te
ſtimonium ferret: aut ſi Æthiops ſe di
ret eſſe candidum, atror aduerſus illu
diceret teſtimonium: aut ſi arietem, ſe
ceret lupus, contra illum & pelles & vi
latus, & mores, & ingenium teſtarentu
aut ſi vulpes agnum, calliditas & inſidi
manifeſti mendacij illam arguerent, i
ita ex nobis nõ pauci dicunt illi quide
& reſpõdent verbis qui ſint, nequaqua
autem cum magiſtro dicunt: Opera qu
ego facio. Et vt maiora illa de quibu
egimus miſſa faciamus, quia vehemen
animi dolor non ſinit loqui, cum vinu
mixtum videam aqua, argentum verſu
*Eſai. 1.* in ſcoriam obſcuratũ aurum, lapides ſa
ctuarij diſperſos, antiquam populi Chri
ſtiani faciem immutatam, deformatũ d
cus illud cunctis populis mirabile, cũ
deam tot arbores in horto iſto pinguiſſ
riles, tot palmites in terra feraciſsima &
vite ſanctiſsima non ferentes fructus, &
multa quę vt videantur non ſit opus eff
*Ezec. 12.* ptione parietis vt dictum fuit Ezechieli
quia iam non in abſcondito illa fiunt
*Pſal. 51.* ſed in manifeſto ita vt glorientur in ma

litia



litia qui potentes ſunt in iniquitate, non
gitur agamus de illis & ſi notiſsimum
d cupiam quod iuxta operum teſtimo- *Pſal. 62.*
nium reddenda illis á Deo eſt aut mer-
es, aut pœna veriſsima illa ſunt: Quia *Heſt. 6*
u reddes vnicuique iuxta opera ſua vt *& 2.*
ueniſſe vides Mardocheo & Ianitori-
bus, adhuc in humani regis equitate, Da
nieli & illius inſidiatoribus, Suſanæ & *Dan. 14.*
enibus adhuc in hoc ſæculo Deo ita diſ *Dan. 13.*
ponẽte vt ſciant quod omnis arbor: quod
ccipiet ventilabrum in manu ſua. *Luc. 3.*

Sed rogemus quempiam: Es ne nobi-
is (de minꝰ grauibus agamus) pleno reſ-
pondebit ore, omnino, dicito etiam quæ
o, opera quę ego facio, &c. Es ne diues?
ices vt non alius, reſponde rogo opera
quæ ego facio abundantes eleemoſynas
ribuo, &c. Es ne ſapiẽs? Proch, reſpõde
it multos excello ſapiẽtia, dicito etiãquę
o opera quæ ego facio, &c. Nã certiſsi-
na illa ſunt Iacobi: Quis ſapiẽs & diſci
plinatus oſtẽdat ex bona cõuerſatione in *Iacob. 3.*
manſuetudine ſapiẽtię, ſed & in his aduer
ſ nos metipſos perhibẽt opera teſtimoniũ
qui.n. ſe nobilẽ dicit deiectiſsime viuit

Ee 4 & ru-

& ruſticiſsime, qui ſe diuitem, ſordide, auare, aut prodige & ſuperbe, qui ſe ſa- pientem ignoranter, ſtulte & incaute.

*Text.* Sed vos non creditis quia non eſtis ex ouibus meis celſiſsimus cum ſit Chriſtus & innumerabilis ſapientiæ ſimilibus vi- tur communiſsimis partim vt ſe attemp- ret auditoribus, partim vt ſuā magis ma- nifeſtet ille ſapientiā, qui ex rebus vulga- ribus, nō vulgares ſed diuinos eliciat ſen- ſus, mirabile enim fuit magis eſt aſini mandibula aquam effluere quę Sanſoni ſitim ſedaret quam è fonte & quo res mi- nores ſunt maioribus illas myſterijs ſca- turire hoc mirabilius, & ita ſiue ſagenæ miſſæ in mare, ſiue agricolæ exeuntis ad ſeminandum, ſiue grani ſinapis vtatur il- le ſimilitudine mira in illis inuenitur p- prietas & miro modo doctrinæ quæ doc- tur & vtilitati ex illa capiendæ cōgruūt fecit id etiam ne nos homunciones alti ſemper ſapere nitētes, infimi cum ſimu & rerum infimarum incapaces dedig- naremur vulgaribus vti ſimilibus vt ca- piat illa Anus, capiat & Colonus, omni enim vtilitati incumbimus & commen-

*Chriſtus cur ſimilibus vſus.*

*Iudi.* 15.

*Mat.* 13.

*Mar.* 4.

*In doctorum & magiſtrorum exēplum.*





ta eſt nobis, quod ſi ſemper nobis al- ora ſapiunt, vtamur omnibus ſimilibus apte, proprie, opportune, & vtiliter vt on vulgaria ex vulgaribus elicuiſſe vi- amur vt paſsim feciſſe vides, grauiſsi- os doctores Auguſtinum, Hieronymū, mbroſium, & qui in adducendis ſimi- bus frequentior fuit gratiſsimus Chry- ſtomus, vide ex agricola ſumptum ſi- ile: quemadmodum agricola vbertim minat ſicubi videt aruum repurgatum, ab herbarum nocumentis liberum: ita concionator ſpiritualem aruum vidēs oblatum in quę impediunt ſemen verbi Dei faciat, &c. A medicina ſumit, ſicuti medici qui nō vno curationis modo vtū- tur, ſed cum viderint primis remedijs nō ſe depreſſum morbum, alia atque alia rſus excogitat, ita multis medendi ge- ribus vtatur animarum medicus. Ab mbribus, ſicut imber in ignem cadens cile flammas deprimit, ita concupiſ- entias facile vaneſcere facit ſermo Dei animum admiſſus, & quia innumera nt iſta, adduxiſſe ſufficiat quæ dixi- mus.

*D. Chry. h.* 1. *In Gene.*

*Idem h.* 31. *In Gen.*

*Text.*

Vos nō eſtis ex ouibus meis? nō dixit ex vulpibus quia nòn callidos illos, va[...] fros ac pernicioſos volebat, nō ex lupis nolebat enim illos voraces & innocent[...] bus inſidiātes: nō ex leonibus, nolebat enim illos immites metuendos, feroçe[...] & immane dominiū in reliquos exercen[...] tes. Nō dixit ex apris, nolebat enim illo[...] carneos, otio & ſōno deditos, querulo[...] rerū luto gaudētes ſine lacte, ſine vellere ſed ex ouibus animal innoxiū, māſuetū pacis amicum, & quod præ māſuetudin[e] malefaciēti nō reluctatur & quod dom[i]no ſuo minime eſt moleſtū, neq; magno ſumptu paſcendum, nòn enim paſcitur illud carnibus vt carniuora illa lupi vul[...] pes & leones, non hordeo mundiſsimo vt equi, nō furfure vt ſues ſed herba qu[am] ſponte tellus profert ſine vllo cultu, & eſt ita vtile, vt integro non poſint volu[...] mine illius in hominum vſus explican[...] commoda. Breuiſsima iſta ſuficiat, quod fœcundum eſt, & nihil in illo non vtile lac, vellus, interna & externa illius reddit quod has illud, dn̄o vtilitates, libens, li[...] lens, veluti agnoſçens ad hoc fuiſſe a Di[-] uina

*Expende omnia.*

*Ouis deſcriptio.*

*Ouis commoda*

[di]uina ſapiētia conditū, vt totū ſe daret li[-] benter & hominum vſib⁹ impenderet, quod huiuſmodi ingenio miti, amico, pacifico, commodo, vtili, eſſent chriſtia[-] ni futuri ideo illos hoc apellauit nomine [e]o etiā quod vt feris reliquis animalibus ouis eſſet prȩſtaturus chriſtianus, barba[-] [r]is reliquis nationibus ita vt quod eſt ouis inter ſues, vulpes, Tygrides, & leones; id eſſet omnino inter feras alias & immites nationes quæ callidæ ſūt in malū vulpes, [c]œno delectātur vt ſues, in māſuetos ſæui [ſu]nt vt lupi, inter ſe efferātur vt Tygrides, [c]ruentis çædibus paſcuntur vt leones.

*Cur ouibus comparati Chriſtianis*

Quā cōmēdentur nobis frequēter ex[i]miȩ illæ ouis cōditiones ſacris in literis & quātopere expetat in nobis illas Chri[ſt]us vix in illis pagina eſt quȩ nō ſonet, [q]uid mititas, māſuetudo, ſimplicitas, bene[fi]cēcia etiā in eos qui nos oderūt, quid viſ[-] [c]era miſericordiȩ quid prȩceptiones de nō redēdo malū pro malo ſed vincēdū in bono malū neq; maledictū pro maledicto Nā iſta omnia tātopere cōmēdata, dotes ſūnt ouis & qui illis diuino beneficio [e]ſt præditus Chiſti eſt ouis ſed hoc magis

*Mat. 5.*

*Luc. 6.*

*Col. 2.*

*Rom. 12*

*Dotes ouis miro modo comendatæ*

magis mirabile eſt quā quod rarum mili-
tū numero, & lagenarum cōploſione fu-
rit exercitus victus numeroſiſsim⁹, quod
oues iſtæ innumeras vulpes reddider-
ſimplices, innumeros porcorum greges
mundos, lupos innumeros agnos, tygri-
des manſuetas, mites leones & in ſacra-
oues conuerterunt, id dum viuebant p-
ſtantes & cum lacerabantur. Et vos no-
creditis quæ credūt & amplectuntur qu-
oues meæ ſunt, quia non eſtis ex ouibu-
meis, magno quidem ad præcipiendam
veritatem impedimento ſunt odium, in-
uidia, impietas, crudelitas quæ mag-
luporum & leonum ſunt quam ouium
candor animi, ſinceritas vitæ ſimplicita-
ingenij & māſuetudo mire iuuant ad c-
piendam illam, nam iſta non hebeta-
mentem ſed exacuunt illam, non exc-
cant oculos, ſed illuſtrant vt diſcerne-
valeant pretioſum á vili, veritatem am-
dacio & grauiori iudicio & maturiori p-
dentia fidem habeant dictis dignis fide

Vos non creditis quia non eſtis ex oui-
bus meis. Suarum ouium explicat ſum-
mam felicitatem diuinus paſtor quæ v-
ſum-

*Iudi. 7.* *Text.*

-nima eſſet, ſat erat quod ille illarum pa-
-tor eſſet & tanti gauderent oues paſtoris
-ra, dilectione, beneficio, honore & glo
-a. Si corporeæ oues felices poſſent ha-
-eri, quæ magnorū paſtorum, Moſis Ia-
-ob, Dauid beneficio fuere gauiſæ, de
-ibus magna illa prædicant diuina elo
-ia, vt quod ad interiora deſerti minaret
-oues ſuas Moſes vt mollius paſceren
-r, quod præualeret in feras Dauid tu-
-s, quod ſomnus fugeret ab oculis Ia-
-ob vt melius, quæ lingua explicare va-
-bit ouium Chriſtianarum felicitatem,
-æ non illorum paſtorum (& ſi nobiliſ
-mi fuere illi) ſed Chriſti beneficio paſ
-is & cuſtodia gaudent, ſed harum laus
-lorum depreſio erat, & manifeſtatio
-licitatis harum explicatio infortunij
-lorum, faciebatque iſta Chriſtus & e-
-rrabat illa, vt audientes reſipiſcerent,
-tantæ felicitatis deſiderio tangerentur
- propriæ calamitatis compaterentur,
-t tandem vt agnoſcerent illum vere eſ-
-quem falſo illi interrogabant animo
-uando & nomen & munus habebat pa
-oris quo nomine promiſſus fuerat Meſ
ſias

*Chriſtianarum felicitas ouium.* *Gen. 37.* *Exod. 3.* *1. Re. 16. & 17.* *Geneſ. 31.* *Eſai. 4.* *Hier. 13.* *Ezec. 34.*

ſias & illius illam habebant felicitatem
oues quam erant illius habituræ.
Expendite ego cognoſco eas & cognoſ-
*Text.* cunt me, & Nemo rapiet de manu mea
& vitam ęternam do eis omnia illum eſſe
*Expende quam reſpondeat Chriſtus apte & aperte.*
Meſſiam ac verum Deum oſtendebant
alioqui neque illum illæ agnoſcerent
neque ipſe illas, neque tam eſſet poten
vt non poſſent ab illius manibus euelli
neq; vitę temporaneæ largiri illis mom
tum quomodo dare poſſet ęternam Te
ſtentur iſta potentiſsimi paſtores noſt
baculos habentes argenteos poſſint n
illi iſta ſuis ouibus largiri & ſi ditiſſim
ſint potentiſſimi & optimi. Explicu
etiam illos ſua culpa tantis tãquam ſu
mis beneficijs carere diuina inquã co
nitione & acceptatione diuina cuſtodi
& ſollicitudine & ſecuritate quam illu
parit quod nemo rapiet illas de manu il
us carere q; ęterna vita, quę eos omnes
pectat qui quales ille cupit oues
illius fuerint expectet q; obid
ipſum nos, faxit ipſe.



## SALVTATIO.

*Si gratiſsimo ſplendore ob oculorum ſuo-
rum infirmitatem excæcantur veſpertilio
& Noctua, & illo gaudent Columba, Turtur
& Aquila. Nitidiſſima Chriſti doctrina excæ-
ti ſunt impij, ob illorum impietatem Pontifi
ci, & Phariſæi, ita vt in illum cogerent cæci
um. columbini autem & aquilini animi mul-
ti illuminati, precemur virginem vt nobis gra-
tiam obtineat, ne quis Phariſæis ſimilis cæleſti
doctrina excæcetur, ſed illius luce videant om
nes quã præſtans ſit illa & obſeruatu non dig-
na tantum ſed neceſſaria, Aue Maria.*

College.

# THEMA.

## Collegerunt Pontifices & Phariſæi. Ioannis. II.

NON poſſunt enarrari com moda quæ in rempub. deriu tur ex capitulis aut congreg tionibus hominum piorum & ſapientum, neque poſſunt enarrari d na quæ deriuantur ex illis, cum nefarij li ſunt, & odio, cupiditate, ambitione, tiati, iſti neque filijs, neque patribus, n que reipublicæ parcunt, dum ſibi, com modiſque ſuis quocunque modo proſ ciant, illi vero neque filijs, neque patri bus, neque ſibi ipſis parcunt vt reipubl cæ conſulant quę ſibi charior ſe ipſis eſt illi perſonæ publicæ cum ſint, publica tum cōmoda curant, iſti ideo perſona eſſe publicas laborant vt priuata commo da & aliorum damna curent, & ideo au

*In quorū iudicum ingenium*

*Piorū iudicū munus.*

toritat



toritate illa cupiunt & laborant pollere t in omnes abutantur illa, pauperes opprimendo, expilando & vindictam de nauis re capiendo. Sunt probi iudices reipublicæ oculi, ſunt illius os, ſunt manus, vident quę ad illius tranquilli tem expectāt, & illa omni appoſito ſtu o curant, vident quę pernicioſa ti- mentur, & omnia appoſito ſtudio, cui- t illa, ſunt illius os, ita loquuntur propo ūt definiunt decernūt quæcūq; ad illi communē pacē & vtilitatē attinēt: ſūt llius manus, illis enim vtitur illa, adea omnia opera quæ commoda illi & futu- a intelligit, ſunt probi iudices, Reipu- licę tutores, illa illorum pupillus, ſunt patres, illa illorum filia, ac ita illam dili- unt, commoda curant, & charam ha- bent: ſunt illi quod nauta naui, cuius ſtu lium in eo tantum apponitur vt in co- umis illa ſit, & naufragium non patia- ur, quod paſtor ouibus qui ſuis commo dis inuigilat, paſcua curat, vmbras, re- quiem & â feris etiā cum proprio pericu lo defendit, & vt ad minora deſcēdamus ex quibus maiora licebit elicere ſunt illi

*Probi iudices quot quã & raris modis rei publicę proſint.*

*Similia explicantia iudicum piorum in rē publicam curam.*

Ff quod

*Expēde.* quod putatores vineis inutilia reſecant
tes, quod ſegeti noxias herbas euellẽtes
quod publicis viis ædiles, illarum mun
diciem procurantes, ita illi otioſos, inu
tiles, vagabundos homines in exilia mit
tunt, remis alligant, pernicioſos præſcin
dunt, ita illi vitia virtuti ne incrementi
recipiat plus obſtans quam electo ſemi
ni cardũ euellunt, vt publicam inhone
ſtatem, iurandi abuſus, & mundant ab
inquinamentis populum. Hæc & maio
ra commoda parare ſolent illi cum tale
*Exod.* 18 illi ſunt quales illos melius. Appelle d
pingebat Iethro: Prouide autem de
omni plebe viros ſapientes & timentes
Deum, in quibus ſit veritas, & qui, ode
*2 Paral.* rint auaritiam, qui iudicent populum
*19.* in omni tempore, aut quales illos opta
bat Ioſaphad: videte quid faciatis, non
enim hominis exercetis iudicium ſe
domini, & quodcunque iudicaueritis
in vos redundabit, ſi timor Domini
vobiſcum & cum diligentia cuncta fac
te. Iſti præſtant, quod quidam dixit
proprium munus magiſtratus eſt ſe in
telli

telligere perſonam ciuitatis gerere, dig- *Cicero li. de officijs.*
nitatem, & decus ſuſtinere, leges ſerua-
e, iura deſcribere & ea fidei ſuæ com-
miſſa meminiſſe, regitur illa iſtorum
conſilijs, ſuntque illa quod naui ven-
i, nam expanſis illa recipit velis & quo
illa volunt ducitur, ſiue in portum, ſi-
ue in præcipitia, fuêreque huiuſmodi
congregationes ita vtiles, & rationi con
ſonæ, vt fere nulla natio tam ſit barba-
a quæ illas non habeat & illorum con- *Non eſt reſpublica ſine publico magiſtratu.*
ſilijs auſcultet, & illis regatur idque ea
inſtitutum eſt communi prudentia,
quod cum nihil quod ſine conſilio fiat
rectum, neque vtile eſſe ſoleat: quem-
admodum neque regi optime poteſt
ſine acu, temone nauis, neque ſine fræ
no æquus, neque adamuſina quæpiam *Expende ſimilia.*
ſine regula fieri, neque æqua & legiti-
ma dari ſine menſura neque pictor quæ
nimis delicata ſunt ſine bacillo pingere *Optimũ conſilium comendatur.*
ta, neque equum neque rectum neque
ſolitum fieri ſine conſilio poteſt.
Vnde egregie quidam non viribus nõ
velocitatibus, aut celeritate corporũ res *Cicero de ſenect.*

 magnæ

magnę geruntur ſed cōſilio antiquorū &
*Proue.13* ſcientia. Hinc magna illa de conſilio a
ſacris dicta literis qui agunt omnia cum
conſilio reguntur ſapientia, aſtutus om-
*Prou.17* nia agit cum conſilio, ante omnia, ver-
bum verax præcedat te & ante omnem
*Bias.* actum conſilium ſtabile. Humanę item
*Seneca in* literę, conſilium res ſacra eſt, duo maxi-
*prouerb.* me contraria ſunt conſilio, ira, & feſtina-
tio, diu delibera, cito facito, nil curan-
hoc eſt inſanum eſſe, nil poſſe hoc eſt
*Seneca* mortuū viuere. Vndeincōtra faciētes illi
*Epiſt.2.* eiuſdem ſunt: pauci ſunt qui conſilio ſe
ſuq; diſponunt, cęteri eorum more qui
fluminibus enatant, non eunt ſed ferun-
tur, certum id igitur eſſe ſcientes, vt cer-
*Cur plu-* tius commodius & vtilius ac ſecurius
*res ſint in* id fieret non vnicum tantum decreue-
*republica* re cōmunitates, omnes habere cōſiliarium
*cōſiliarij* cuius conſilio regerentur ſed plures, quia
difficilius errabūt plures, & ſecurius illo-
*Certæ ſūt* rum conſilijs auſcultabitur, non, enim fa-
*quæ ſimi-* cilis eſt expugnatu turris vna, & difficili-
*lia docēt* us & laborioſius expugnātur plures, mul-
ti ſaggittarij certius ferient ſcopū quam
vnus prece, pretio, affectu aut propenſio-
ne faci-



ne facilius corrumpetur conſiliarius v-
nus quā plures. Inter plures raro deeſt
aliquis veritatis amator communis vtili
tatis amicus, innocentię defenſor, iniqui
tatis oſor & vindex, facilius excæcatus
fuit Cyclops quam excæcaretur Argus, *Expende.*
ille enim vnicum habens oculum excę
catus fuit, hic cum haberet vt fingunt fa
bulę plures non excęcaretur. Expendite
quam ſint vera quæ diximus, multis ab
Abſalone nefario filio cōſultis, & ingrati
ſsimo inſtante Achitophel, conſultū fuit *2.Re.15*
vitę Dauid, patris omni cultu, & obſe- *&.16.*
quio digniſsimo Chuſi impium conſili-
um diſſipanti. Quia plures erant quidem in
perficiendo agebant Ioſeph. Non defue
re Ruben, & Iudas, qui quo potuere mo- *Gen.37.*
do, deciſo impio fratrum conſilio frater
nę conſuluere vitę euocato in Chriſtum *Ioan.7.*
concilio cum adfuit Nicodemus.
Quod ſi huiuſmodi cætus ex veteranis,
iuſtis, æquis, & amicis reipublicę ſit, ceu
ex fontibus ſaluberrimis mira emanant *Priſcorū*
in rempublicā commoda tales illos pro- *magiſtra-*
curarunt Romani, Macedones, Athe- *tus qua-*
nienſes, Thebani, de quibus illa extant *les.*

 effigies

effigies manibus truncis ante altaria di
uum hic reſident, &c. Sed melius iſti
olim Hebreorum reſpublica vt ex illor
electione, conſilio Iethro facta conſti
tit, exaudito itē Ioſaphat cuius regium
& pium pectus, & qui ex illo emanarun
ſermones non deſint mirari ſacra vnqu
religio, cum tales ſunt congregatione
gaudet illis maxime Deus, ex huiuſmo
di congregationibus quæ deriuentur re
publicæ cōmoda & illius filijs diximu
aliqua, dici quia nō poſsūt omnia quād
autē vitiatæ ſunt illæ, & corruptæ odio
liuore cupiditate vindictę appetitu, qu
*Iniqui damna iudicis.* recēſere valebit dāna, vn⁹ aut alter cū p
tētes ſunt, & publico alicui muneri ſun
præfecti, nocet vt Vrſus aut Leo, graſſ
*Eſai. 1.* turq; vt hoſtis in rēpublicā quæ non e
niēt illi & ſubditis ſuis calamitates cu
ſint omnes? Condemnabunt illi quiden
*3. Reg. 21* Naboth virum iuſtiſsimum vt fecēre n
farij iudices impij Regis Achab: cond
*Dan. 13.* nabunt puriſsimam & fidiſsimam Suſ
nam vt fecēre iniquiſsimi & impuden
tiſsimi iudices, & abſoluerent illi (ſi ca
ſu incidere in illorum manus potuiſſe

Su



Sichem, qui Dinam vitiauerat, & Ab- *Gen. 34*
ſalonem qui patri regnum & caput mo- *2. Re. 15*
liebatur auferre. Eueniretque quod
quidam in ſuo ſæculo euenire dolebat,
quia non rete tenditur acipitri, neque
miluio qui malefaciunt ſed illis qui nihil
faciunt tenditur: dat veniam coruis, ve-
xat cenſura columbas.

Fontes commodiſsimi populis cum pu *Similia*
ri ſunt cum corrupti & venenati, perni- *bonorum*
cioſi, capita cum ſana, vtiliſsima corpo- *commoda*
ri, cum autem male ſana ſunt vt in amen *iudicum*
tibus pernitioſa illis, nubes imbres op- *& malo-*
portunos emittentes deſideratiſsime, quę *rum dam-*
mittunt grandinem, quæ omnia vaſtant, *na pro-*
fulmina quibus multa perdunt metuen- *bant.*
tur, & tamen eodem gaudent, & ſalubria
& mortifera nomine, cætus omnes dicū-
tur, conuentus, capitula, & vt ait Euan-
gelium, concilia.

Sed quæ piorum & ſapientum ſunt, lau
dabiliſsima ſunt, & in illis laudibus ex-
tollit Dauid Deum: Confitebor tibi do *Pſal. 88.*
mine: in conſilio iuſtorum: & gloriari
Deum dicit in illis, quæ autem ex impijs
ſunt odit anima illius, odium eccleſiam *Pſal. 110*

Ff 4 ma-

malignantium & cum impijs non ſede-
b•, ſed vt peſtis omnes morbos malitia
ſuperat & iniuſtum bellum omnes inimi
citias, ita iniquus, iniuſtus, impius, ne-
farius, dirus, cætus & conuentus omnia
*Expende quid in hoc impio agatur concilio.* ſuperat, hodiernum, quia in illo agitur
de obſcurando Sole, de extinguenda
ſalute, deſepelienda veritate, de excę
cando bonorum omnium fonte, de om
nis humani, & diuini iuris violatione.
Non enim agitur in illo de trucidando
*Gen 4.* Abele, de addicendo morti Mardocheo
*Heſt. 6.* de demittendo in lacum leonum Da-
*Dan. 14.* niele, de occidendo Ioſeph viris inno-
*Gen. 28.* centibus, inculpatis, vtilibus & ſuo ſęcu
lo glorioſis, inquibus violaretur quidem
iuſquia damnabatur innocentia, ſed agi
tur de auferēda vita, vitę largitori, nō in
culpato tātū ſed culpas auferenti, non in
nocēti, ſed innocētiā cōmunicāti, & prę
dicāti, rerū mirabiliū operatori, & bene-
ficiorū autori ſūmo, qui neq; læſit vnquā
neq; lædere potuit, neq; fefellit, neq; po-
tuit fallere, & quod horū demētiā, impiā,
manifeſtat præter iuris cōtēptū, & externi
nationē, error eſt inquē nō fuere quidem
Phili-

Philiſtei in Sāſonē lapſi, labūtur tamē pō
tifices & Phariſæi, neq; enim Philiſtei au *Jud. 10.*
ſiſūt in Sanſonē quē fortiſsimū & robu-
ſtiſsimum eſſe ſciebant, donec multis fa
ctis á proditrice Dalida experimētis cer-
tiores facti ſunt quod deeſſent vires illi,
quia abrraſi fuerant ab illo crines in qui
bus illæ conſiſtebant, at hi viderant ſæ-
piſsime illum dęmones pellentem & il- *Matt. 8.*
los in illius conſpectu mutire non audē- *Luc. 8.*
tes, viderant aridas ſanaſſe manus, clau-
dorum crura ſolidantem, ac deniq; mor- *Mat. 12.*
tuos in vitam reuocātē, quomodo igitur *Matt. 9.*
in illorum mentem ſubibat quod com- *et Luc. 7.*
prehendere illum poſſent, & mortis pœ
na multare, ni ipſe vt toties illis ſignifica
uerat vellet, ni ipſe vires cohiberet ſuas
& libens vellet mori, facilius enim ari-
dæ fiunt manus claudi redduntur ho-
mines, excæcantur, morte afficiuntur,
quam illa fiāt quę fiebant á Chriſto poſ-
ſet igitur illos & in illum audentes om-
nes cum pergerent ad illum comprehen
dendum reddere ita claudos, vt gradi nō
poſſent, cum manus extenderent aridas
illas reddere, cum ad cōſpiciendum pro

 ficis

ficiſcerentur illos excæcare ac denique fugare vt, illorum capita, dæmones, fa-ciebat, aut metu vitam auferre, ſed inſa-nire faciunt odium & inuidia, ſed audi iam rogo; Collegerunt Pōtifices & Pha-riſæi concilium. Quis his titulis audiu qui æquitatem, religionem, vitæ integri-tatem, veritatis & innocentiæ amorem ſonant, magna & ſupra modum iuſta æqua & vtilia proponenda & definienda non expectet, ſi enim diuinæ ita fuiſſent loquutæ literæ: collegerunt concilium prædones, aut ſiccarij, plane nihil erat ab illis expectandum niſi quomodo eſſet res aliena auferenda, &c. Si de gentiū in bello quibus artibus hoſti eſſent auferenda ſubſidia, & inſidiæ aliæ parandæ, ſi ſecculariū hominū eſſet cætus etiam ſi proborum, nō mirum ſi cōmodi alicuius reſpectu, aut vt gratum alijs facerent de alicuius oppreſsione ageretur, ſed in cætu Pontificum & Phariſęorum, ſuæ qui erant capita religionis, ſanctitatis vt videri cupiebāt profeſſores, iuſti & æqui amici. Vide igitur quam non ſit fidendum inanibus titulis cum probitas deeſt, defi-

*Titulis non fidendum.*

*Expende.*

nien



nient, & decernent vt ſpectabis iſti quos meritiſsimis nominibus abſconditorum cognitor Chriſtus inquam ſæuiebant appellauit, appellans ſepulchra dealbata decimatores cumini & rutę vt ſanctiores viderentur fermentum: cauete a fermento Phariſæorum, lupos rapaces: ambulant in veſtimētis Ouiū intrinſecus ſunt lupi rapaces, quæ nulli vnquam decreuere Caligulæ, neque Nerones, neque Siciliæ tyrāni. Expendas etiam oportet, quātæ ſint & quam potentes in malum cupiditas, ambitio, inuidia, odium, quando tantæ grauitatis nomina & animos tam impie peruerterunt.

*Mat. 23. Luc 11. Mat. 16. Mat. 7.*

*Expende.*

Rurſum oportet expendas, quod hoc eſt impiorum qui Vulpino ſunt ingenio ſtudium, vt ſua odia exerceant illi, & priuatas ſuas vt cēſent inimicitias vindicent, communis boni intuitu aſſerere ſe iſta facere, & non contenti impia & nefanda perpetrare, ea vt bona ab illis vt reputentur curant: neque á priuato odio ab illis facta ſed communis commodi zelo, ſedantq; hac calliditate multitudinis pectora, neque ſedant tantum,

*Calliditas impiorum.*

ſed

ſed obligant vt beneficio illa & ſeruiant
illi tutius, & maiori cum licẽtia etiam &
ipſa multitudine opem illis ferente. Nõ
*Dan.* 3. vides Satraparum induſtriam in Danie-
lem, zelo illo honoris Regij, & ne á mul-
titudine contemnatur ille, quia hic ho-
mo, non habet nomen miſeri, non no-
*Luc.* 1. ſtis nomen fuiſſe impoſitum á Deo, &
*Ioann.* 1. pronunciatum ab Angelo: Et vocabi-
nomen eius Ieſus. Et innumera alia, lux
ille dicitur illuminans, ſed odium adhuc
& nomina reddit infenſa vt notat Chry-
ſoſtomus de Saule quis iſte filius Semey.
*Expende impij pontificis ſententiam.* Sed audi, é ſilice illo elicitum lumen
vide egreſſum fauũ ex capite illo leonis
vide aquam é mãdibula illius ignara, au-
di horologiũ ꝙ cum neſciat quid facia-
*Iudi.* 14. diuinas ſonat horas, audi Coruum diui-
na verba imitatem quorum ſenſus ne-
cit; vide quantum ſit datum dignitati v-
quia pontifex illius anni erat propheta-
rit, gentem omnem perditum iri in mo-
te ſua ſubueniret illi Chriſtus, qui ſpon-
te ſubueniens, omnes illi fide viua hæ-
tes á perditione liberat & ſaluat, quibus
vt annumeremur precamur. Amen.

SA



## *SALVTATIO.*

*APoſtolorum munus fuit ſoluere & adducere ad Chriſtum, id ipſum eſt concionatorũ doctrinæ virtute peccatis irretitos ſoluere & ad Chriſtum ducere, præſtare id ſine diuina gratia nequaquam poſſunt, obſecremus virginem impetret nobis illam. Aue Maria.*

# Sermo in dominicam Palmarum.

MVLTA ſunt quæ in hoc ſolemni in Hieruſalem ingreſſu nobis nota diuina voluit maieſtas, quia in noſtrã illa vtilitatem facta: alioqui quorſum ille de cuius regni maieſtate ita Dauid loquitur: Gloriam regni tui dicent, potentiam tuam loquentur: Et mirabilia tua narrabunt, vt notam faciant filij hominum potentiam tuam, & glo- *Pſal.* 102 & 144.

riam

riam magnificentiæ regni tui: Qui am
Pſal.1:7 bulat ſuper pennas ventorum: Qui faci
Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuo
Pſal.103 ignem vrentem: quorſum inquam ten
na iſta pompa, & fauſta gauderet, qu
minora erant, & minus illius celſitudi
ne digna, quam orbis alicui monarcha
puerorũ multitudo applaudens? Volu
igitur iſta fieri ingenti cũ myſterio. In
primis vt notum fieret honores fuiſſe il
lum aſpernatum humanos, quorum ſen
per aſpernationem docuit, ſed omnis il
lum veri & benemeriti honoris eſſe do
minum, nam quotieſcumque illum vo
luit vt reliqua omnia ſeruiuit illi, neq
cõmunis aut vulgaris: ſed regius, & ſple
Expende didus. Procidere fecit Reges cum illi be
Mat.2. ne piacuit coram ſe, & adorare illum
myſticis muneribus quis ac quantus e
ſet teſtari, alibi multoties oblatos recu
ſauit & ſilere multa iuſsit quæ ſumm
Ioan.6. in pretio erant apud homines haben
Mat.17 da. Nunc cum ſpontaneæ erat ignomi
niæ crucis ſubjiciendus, hos ſui ſplen
doris radios emittere voluit vt ſæpe con
tingit cum tendit in occaſum Sol, qui
tota

ui tota die ſub nube latuerat vt & ig-
ominiam ſponte ſubiiſſe intelligerent
ui oblatos etiam honores ſponte ſuſce
erat. Fecit etiam id vt populi mutabili Infida mundi tranquillitas.
s nota fieret, & quomodo in horas mu
tur ille, vnde neque magis fidendum
lli quam maris tranquillitati, quæ mo-
ento in tempeſtatem vertitur, & quos
odo gaudio ſuffundebat ſuorum agi-
tione fluctuum mœrore afficit & metu,
uius infidam tranquillitatem graphice
epingens Dauid aiebat: Dixit ſtetit
piritus procellarum & exaltati ſunt flu-
tus eius, aſcendunt vſque ad cœlos, & Pſal.106
eſcendunt uſque ad abyſſos anima eo-
um in malis tabeſcebat.

Docuit præterea quanta ſit veri, &
benemeriti honoris inſtabilitas, vt
hinc conſtet quanta erit inanis hono-
is vanitas, mutabilitas & fugacitas,
ullus enim honor magis ſolidus ex
e, neque benemeritus deferri potuit,
uam qui Chriſto deferebatur, cui 1.Ti.
oli debetur honos & gloria, neque
uipiam illi fidei conſtantiam ſerua-
magis tenebantur, quam illi qui ho-
noris,

1. *Reg.* 2. qui honoris, dignitatis & gloriæ autor
eſt. Ille enim humiliat, & ſubleuat, &
illi in promptu eſt ſubito honeſtare pa
perem, vt honeſtaſſe vides Dauidem d
*Eccl.* 12. poſt fętātes acceptū, regio diademate: Io
*Pſal.* 77. ſeph afflictum in carcere, conſtituit eum
dominū domus ſuæ & principem omni
*Gene.* 41. poſſeſsionis ſuæ, vt erudiret principes e
ius ſicut ſemetipſum & ſenes eius prud
tiam doceret, Danielem, Mardocheum
*Dan.* 5. at ſuæ relinquens honorē naturæ diſce
ſit ſubito neq; diſceſſu contentus in de
ſa nubila verſa eſt ſerenitas diei, vt e
*Heſt.* 6. pēdas quam ſint honores fugaces, & q
ta ſit applaudentis populi inconſtanti
quod ſi certa iſta ſunt de verò, & bene m
*honores fugaces.* rito honore quid de mendaci, & ina
& ob res indignas exhibito dicemus
Plane quod ſacræ dicunt literæ quę ſi
libus appoſitiſsimis illum cōparant, qu
bus non tātum illius incertitudinem e
*Sap.* 5. plicant, & breuitatem, ſed & inanitat
& perfidiam, nuntium præcurrentem
*Iob.* 20. lum appellant, fumum, vmbram, ſagit
viſionem nocturnam, tonitrum in nu
*Eccl.* 40 compertiſsima ſunt iſta & quæ vix rec



tione egeant, cum loca ſint notiſsima: *Pſal.* 36.
Noli æmulari in malignantibus: Qui
tanquam fęnum velociter areſcent, & tā
quam olera herbarum cito decident, ini
mici, vero domini, mox vt honorifica-
ti fuerint & exaltati, deficientes quemad
modū, fumus deficient, quid nobis pro
fuit ſuperbia, & diuitiarū iactantia quid
contulit nobis: Tranſierunt illa omnia
ſicut vmbra, & ſicut nuntius pręcurrens, *Vide Gre.*
& ſicut ſagitta demiſſa in locum deſtina *lib. m.* 15.
tum, ſi aſcenderit vſq; ad cœlum ſuper- *c.* 3.
bia eius & caput eius nubes tetigerit, tā
quam ſterquilinium in fine perdetur, trā
ſibit ſicut viſio nocturna. Vnde Philo: *Phili. li.*
Totus orbis habitabilis non ne mo *4. quod*
nauis ſuſque deque iactatæ marinis flu *Deus ſit*
ctibus nunc ſecundis vtens ventis nunc *immuta-*
aduerſis vtitur, nam verbum diuinum *bilis.*
Choreas in orbē ducit quod vulgus ho-
minum fortunam appellat, ſubſtantiæ *Eccl.* 40.
impiorum ſicut fluuius ſiccabuntur, &
ſicut tonitrum in nube perſonabunt, ſed
o quam eſſent rari vero honore digni,
etiam, ſi mutabili ſi illa fierent quæ ſa-
pientiſsime Seneca conſuluit: Cum ve-

Iis veram hominis eſtimationem habere
&ſcire qualis ſit nudum inſpice, deponat *Seneca. Epiſt. 5.*
patrimonium, deponat honores, & alia
fortunæ mendacia corpus ipſum exuat
animum intuere qualis quantus ſit alie
no aut ſuo magnus. Sed quorſum qu
omnia mirabili vt diximus facit cũ pru
dentia, & cum decore, vt cum ſedet laſ *Ioan. 4.*
ſus ſedet quidem iuxta fontem, locus op
tatiſsimus, & aptiſsimus laſsis, cum
paſcit multitudinem in loco in quo era *Ioan. 6.*
fęnum multum, gratiſsima menſa, & iu *Luc. 5. & 6.*
cũdiſsimus inuitatis accubitus, cum era
& noctis ſilẽtium, & ſolitudinẽ amat re
aptiſsimæ & commodiſsimæ orationi, &
ſi illis non egebat ille: quin & defeciſſ
quodammodo vrbanitatem boni, & gr
ti hoſpitis notaſſe viſus eſt in Simone
cum dixit: Aquam pedibus meis non d *Luc. 7.*
diſti cur hoc viſus eſt carere decore in
clytam adiens ciuitatem, ſolemniſsim
pompa recipiendus, aſinę tantũ inſidens
Plane hoc decus erat, decori enim eſt fr
ciſcano fratri peditẽ proficiſci magis qu *Suum cuique decens:*
epiſcopo, pingui inſidere mulæ. Et qu
humilitatem & paupertatem profitentu
tanto

nto illi decentius incedunt, quanto
odeſtius & pauperius, hæc illorũ ſunt
namenta, hæc decus, vnde cum Chri- *2. cor. 8.*
us pro nobis egenus factus eſſet vt nos
llius inopia diuites eſſemus, cum humi
tatis eſſet magiſter, & princeps ſuæ ipſe
bſeruantiſsimus religionis pedes ad prę
icandum pergebat, & nunc cum eques
gredi illi placuit in Hieruſalem ne *Cur Chriſtus in ſedit aſinæ*
ultitudine premeretur quam exituram
lli obiam ſciebat, & locus daretur illi
exultaret, & interni gaudij manife-
a indicia ederet, fieretque perſpi-
uum Phariſæis, & ſacerdotum princi-
bus cui deferebatur honos, cui cane-
ntur laudes, aſinæ inſidet: ſimul & do
ns non eſſe mutãdos cum honore mo-
s, omnia enim vt diximus ſine vlla er
ipſum neceſsitate in noſtrum exem-
lum, & noſtrarum commodum neceſsi
tum fiebant ab illo, & quia nouit mul-
ad flantem ventum verſuros vela, & *Honores non debent mutare mores.*
ſimiles Dauid, quem neque ab hu-
ilitate, neque â diuinorum beneficio-
memoria, neq; ab humanorũ ſiquę ab
ominibus humana beneficẽtia accepe-


rat

rat(vt Aberzelay)regia diſturbauerat di
gnitas,ſimiles autem Saul qui cum puer
eſſet vnius anni,ſincerus inquam candi
dus & ſimplex cum crearetur rex & mo
Pſal.136 deſtiſsimas has in voces erupit: Nũquid
non filius ego gemini ſum de minimi
2.Re.17 tribu Iſrael? Poſtea Deo ipſi præ ſuper
bia fuit ingratus,& Dauidi cui nomen,
2.Re.19 & vitam debebat inimicus.

Multa iſta ſonant rectorem te poſue
2.Re.15. runt noli extolli, quo maior es humili
te in omnibus. Et qui dominatur in vo
1.Re.19 bis ſicut qui miniſtrat,multis tamen eu
niunt Innocẽtij illa:ambitioſus,ſtatim
1.Re.17 vt eſt ad honorem promotus , in ſuper
biam extollitur, iniactantiã effrænatur
Ecc.3 20 non curat prodeſſe, ſed iactatur præeſſe
Eccle.3.c præſumit ſe meliorem quia cernit ſe ſu
Ioan. 13. periorem, priores dedignatur amicos, no
Innocent tos ignorat : externos comitatur, con
demilit. temnit antiquos: vultum auertit, ceruic
cõdition. cem erigit,faſtum oſtẽdit, grandia loqu
buma. tur,ſublimia meditatur. Sed ſunt iſti i
Expẽde ſi lis quodammodo inſania ſimiles qui ti
miliũ cer res abſe abjicerent cum maxime illis eſ
titudine. ſent opus, vt cum quis domi accinctus e



ſet gladio, & cum eſſet pugnaturus de
poſuiſſet illum, cum artem noſſet natan
di, exerceretque in area quodãmodo il
lam per campos pergens, & ſtudio & vo
luntate nollet in profundo illa flumine
ti, in quo vita illius verſatur in pericu
lo. Ac ita plures (neque numerum expli
cat dictio) cum opus eſt humilitate tunc
deponunt illam, in terra natant, cũ pau
peres, cum incogniti, cum ſuis latent illi
angulis, natãt quidem, humiles ſunt:
cum copioſo ſunt in flumine opum, ho
norum , dignitatum dedignantur natan
di artem, humilitatẽ deponunt qua tunc
maxime opus eſt, immemores miſeri, ꝙ
eleuati ſunt ad modicũ , & quod tanquã Iob.24. d.
ſummitates ſpicarum atterentur: quibus vti
nam Dauidis illa non contingant: Deie Pſal.72.
cisti eos dum alleuarentur: cum eleuatur
deijcit qui honorib⁹ proficit, & morib⁹ Gregori.
adit. Sed hic inſaniæ morbus frequen- in regis.
us ſequitur illos qui cũ natura Saules eſ
ent proſper euentus fecit Saules reges: 1.Re.19.
Vera enim in multis illa ſũt Senecæ: Ab
trahunt nos a certo diuitiæ, honores, po
tentia, & cætera quæ in opinione noſtra

 chara

*Seneca. Epiſt. 82*

chara ſunt: pretio ſuo vilia, nihil habem magnificum, quo mentes noſtras inſectu hant præter hoc quod mirari illa conſue uimus, non enim quę cōcupiſcenda ſunt laudantur, ſed concupiſcuntur quia lau data ſunt: inſedit præterea aſinæ docen nullis illum adminiculis egere externi vt deferatur illi honos, homines iſtis ad miniculis vtuntur, inſident illi mulę, au phalerato equo, multis ſepiri famulis la borant, pretioſis indui curant, quia non carni ſed plumæ defert cæca plebs ho norem, & quia illi illius ſunt cupidiſſi mi modis illis inuigilant quibus ille pa ratur. Et hac potiſſimum corruptione ſ culi eueniunt iſta in qua populus iſta ma gno habet in pretio & qui populi ſunt do mini ita vt aliqui, ſuo honore, non dig nentur, neq; ingenium, neq; peritiam c illis iſta deſunt: ſed virtus minime indi ga laudis, in multis ſua ipſa contenta gl ria eſt, canitq; Deo laudes cuius ocul in pauperē reſpiciunt, & cuius nomē h norabile corā ipſo. Sed ſunt multi hodi honoris auidiſſimi & illi maxime quibu virtutis & ſapientiæ merita deſunt, ac i illi

*Virtus vt honoretur aliena non egetope.*

*Pſal. 9.*

*Pſal. 71.*

illi neque ſumptui, neque ſæpe concien tiæ parcentes curāt quibus vt idola colā tur á populo, & in pretio ſint illis quibus virtus contemptui eſt, & in pretio pre tium. Multi quos quodammodo cogere videtur, vitæ inſtitutum non extrema illa, humano & diuino conuicio digna, ſed modum in illis quærunt, ſeruantque illum, vtentes hoc mundo ac ſi non vtan tur cuius figuram fugacem eſſe norūt, ſi miles illi Mardocheo qui iuſſu impul ſus regium aſcendit equum. Minime ani mo in ſuperbiam aſcendente, ſed ſe ſe in modeſtia & humilitate miro modo cō firmante propter quam placuiſſe noue rat Deo illum ex ſitu, mærore, & ſqua lore erigere, ob ſuperbiam autem A man ſibi ac ſuis aduerſarium deprime re.

*Vide rogo philō. lib. de decalog. in principio.*

*1. Co. 7.*

*Heſt. 6.*

Seruiunt Chriſto Apoſtoli his qui ha bent, plura & pretioſiora habere deſide rantes, vt illis optimo magiſtro ſeruirent deponunt veſtimenta ſua, & eum, de ſu per ſedere fecerunt. Grato gaudens Chri ſti obſequio & hilaris amplectēs illud, ne quaquā huiuſmodi amoris & reuerētię in

*Gratum apoſtolorum obſequium.*

 magi-

*Luc. 9.* magiſtrum ſignum culpans vt aliquoties
*Lu. 10.* in alijs alia fecerat, vt corrigerentur, vt
cum dixit: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis,
Ne ſis mihi in ſatan.

*Mat. 19.* Principes gentium dominãtur eorum,
vos autem non ſic: Non eſt veſtrum noſ-
*Mat. 4.* ſe tempora, quia hoc obſequium chari-
tatis erat in magiſtrum, quæ gratiſsima il-
li eſt, etiam cum exercetur illa in con-
*Col. 3.* ſeruos, quam ille Paulino ore vinculum
perfectionis appellat, alia autem quæ ab
illo in illis paterno amore, & optimi ma-
giſtri cura reprehenduntur, aut ſapiebãt
vindictam, aut elationem, aut curioſita-
tem quæ dedecebat tanti magiſtri diſ-
cipulos, & ideo illa in illis reprehendit,
amplectitur iſta, hoc & parentum in fi-
lios, & magiſtrorum in diſcipulos, & etiã
dominorum in ſeruos debuit eſſe inge-
nium, hic modus ſeruandus. A nullo igi-
tur diuina & clemens æquitas præſtãtius
exigit obſequium, aut ditius quam quod
poteſt, illo cõtenta eſt, ſeruare illos cupit
modum quem in oblatione, ad tẽpli, aut
tabernaculi erectionẽ ſeruauit populus,

Neque tamen contenta eſſet quod pel-
les

les offerret caprinas auri abundans, in *Exod. 35.*
Chriſtum igitur & in illius pauperes quę *& 36.*
ideo ille vaſa eſſe vacua permiſsit, vt tu
illa oleo miſericordiæ repleas hunc ſer- *4. Re. 4.*
uã ordinem, iſta ſonant ſalutaria illa ma *Iob. 4.*
gni Tobię cõſilia: Abundanter tribue. *& 12.*
Sed neque in Chriſtum neque in illius
inopię vices gerentes pauperes tã erit ſer
uẽs noſtra charitas vt ſpoliare faciat nos:
vt fecit Apoſtolos. Benedictus qui venit *Chriſtus*
in nomine domini. Candidas ille & ſim *quibus*
plices laudes amat, Huiuſmodi commẽ *gaudeat.*
dauit ille dotes cum in puerorũ gratiam
aut loquutus eſt, aut quid illius ſapien-
tia egit.

Sinite paruulos venire ad me & noli- *Mat. 18.*
te prohibere & ſtatuens paruulum in me *& 19.*
dio eorum: explicuit iſta Paulus cum di *1. Co. 4.*
xit: Nolite pueri effici ſenſibus, Hoc nõ
exigit ille ab homine, indecens eſſet illi:
ſed quod illũ maxime decet exigit in mali
tia paruuli eſtote ſimplices in malo ideo
in peccatore non eſt ſpecioſa laus quia *Eccle. 13.*
neque candidus neq; ſimplex, neque ma
litia paruulus eſt. Peccatori autem dixit
Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas,

& aſſumis teſtamentum meum, &c.

Pſal. 45. Sed quid canũt pueri non quod plures ex noſtris hodie, quibus cum vix reſolutus ſal ſit quo fuerat illorum in baptiſmate aſperſa lingua, ne corrumperetur aut fæteret illa, fætida quidem illi, corrupta & infenſa Deo canunt, aut ſaltim ludi-
1. Reg. 4 cra, mollia, & carnis auribus amica. Timeant iſti ne & ignauis parentibus & miſeris eueniant quæ Heli.

Qui ſapiunt pueri, & piorum parentum proles ſunt, his ſimiles pueris canũt Deo laudes, vt & ipſi Deo grati ſint & parentes. Sed fortaſſe erant puerilia quæ canebant, & ætati ſimilia, nam habet hominis ætas quod & arbos, quæ primo erum-
Num. 13 pit in gemmas, in flores poſtea, coagulatos tandem fructus & vt maturi illi fiant tempus expectat? Nequaquam ſed maturi erant & amęniſsimi fructus fecit proferre ſine ætatis & virilis prudentiæ vſu fructum, qui virgam ſine vllo fecit frondeſcere, ac ita illa verbis ſonabant illi
Pſal. 8. quæ maxime ſonuere prophetæ. Id illa Dauidis explicant: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Ideſt per-



perfectam laudem emanare feciſti. Sed cur non iſta á maioribus, quæ ita maiora erant? Quid noui iſta haberent, ſi maiores illa clamarent, ideo igitur illa maiora ſunt quia á minoribus, & paruulis, ſed ad hæc quid pontifices, Phariſæi, & ſcribæ? Quid tanto ſplendore conſpecto agebant? Excæcabantur præ inuidia, illo, vt noctuæ oculi præ illorum imbecillitate externo ſolis aſpectu: deſeccabantur pluſquam ſatrapæ, Daniele honoris amplitudine gaudente, pluſquam Amanus cum Mardocheum præibat, quem neſcias plus torqueret, gloria Mardochei, aut propria ignominia, tantus erat internus cruciatus, vt cohibere ſe non potuerint quin in neces eruperint. Vexatio inuidi maxima exaltatio eſt illius cui inuidet. Senſit qui dixit videbis ęmulum tuum: Putredo oſsium inuidia, diuites enim ſunt inuidi, alienis iactaris; locupletes calamitatibus: inmortales funeribus, in hoc tantum impia iuſta eſt inuidia quod torquet habentem illam. Neque deffíciet inuidis & prauis tormẽtũ ſed premet illos ęternũ, vt viros can-

*Puerum laudes minores quo a minoribus de cantatæ.*

*Dan. 3. Heſt. 6.*

*1. Reg. 2. Ecc. 4. I Chriſomo 1: ſermone de Joſeph. ſerm. 2.*

candidos, & ſimplices Chriſti ſeruos & laudatores æterna beabit gloria, quam mihi & vobis, &c.

# THEMA.

## Vos eſtis ſal terræ. &c.

VIDE, ò bone, quos tanto præficias muneri, vide quot ad tantā dignitatem euehas, merita &, vt ita dicā, partes illorum expende ne fortaſſe electionis parum cautæ arguaris, non enim ad tranandа maria eliguntur niſi periti nautæ, nō ad proſcindendam terram niſi periti coloni, nōn vt militibus præficiantur, duceſque ſint niſi veterani milites, non vt corporum medeantur morbis, niſi qui longo tempore medicinæ vacarunt, non vt iuxta iura decernant, niſi qui iura optime norunt, vnde cum è contra fit electio parum cauta eſt illa, & qui eligunt habētur parum iuſti. Eligendi igitur ſunt ſapientes vt doceant, eruditi vt erudiant, fortes vt cum fortibus cōgrediantur, nobiles vt cum nobilibus, alioquin quomodo contendere poterunt cum fortibus, imbecilles, cum ſapientibus ignari, cum nobilibus, ignobiles & qui præ tenuitate & natiua deiectione non eſſe videntur cum illis qui præ potentia, magnitudine & multitudine, & ſunt illi mundo pretioſi, & illorum autoritas facit vt alij ſint: Si hoc eſſet humano iſto modo diſponendum, tanta eſſet ex vtraque parte parilitas vt dici poſſet quod quondam: Signa pares aquilas & pila minantia, pilis, & nequaquam Dei ſapientia, neque potentia agnoſceretur. Si enim Sanſon ancipiti gladio in hoſtes vibrato plures proſtraſſet non, vt ille ait, mirabilis videretur eſſe victoria, ſed quod aſini illos proſtrauerit, viceritque mandibula, hoc facit mirabilem victoriam. Si pares numero, potentia, armis copiæ pugnaſſent tempore Ioſue cum Madianitis fuiſſetque ab Iſrael victoria obtenta, nequaquam videretur victoria miraculo danda, ſæpe enim cum ſimiles congrediuntur exercitus

*Humana loquitur ſapientia*

*1. Cor. 1.*

*Victoria diuina.*

*Iudi. 15.*

*Iudi. 7.*

tus alter euadit fuſus, & victus: Sed quod numero, potentia, armis tantopere inferiores vicerint, ita vt confractis colliſiſq; lagenis colliſæ & confractæ fuerint hoſtiū vires, hoc datum eſt miraculo. Si ex ſale ſalem efficeret Chriſtus, & illo condiret, quid mirum: hoc & ſapientia facit humana: ſi ex luce ſplendorem eliceret vt illuminaret, hoc etiam & hominum cura facit, quod autem ex ignaris fecerit ille ſapientiſsimos, ex obſcuris clariſsimos, & non humano ſapore & ſplendore tātum ſed diuino, hoc diuina fieri iſta virtute manifeſtat. Docet iſta Paulus ita

*1. Cor. 1.* loquēs: Videte vocationem veſtram fratres, quoniam non multi potentes ſecundū carnē, non multi nobiles. Audiuntq; illi iſta ſine rubore & mādantur illa literis á diuino ſpiritu vt ſcias non eſſe ob quid glorietur omnis caro in conſpectu eius, cū videant infirmitudinem prępoſitam fortitudini, ignobilitatem nobilitati, ignorantiam ſapientiæ, potentiæ imbecillitatem, idque diuino conſilio neque hoc tātum fuiſſe illud contentum quod ſatis eſſe videbatur ad inanis mūdi cōfu-

ſionem

ſionē & depreſsionem, vides triumphum egiſſe imbecillitatē de fortitudine, ignobilitatem de nobilitate, ignorantiam de arroganti ſapientia: Sed etſi iſta hoc fuerint á Deo facta & diſpoſita animo, fuere maxime vt Euangelium Dei virtus nō hominum eſſe agnoſceretur, vt fides noſtra non eſſe in ſapientia hominum. Sed in virtute Dei, ac deniq; vt non euacuaretur crux Chriſti, & vt reſciant homines quod Dei perfecta ſunt opera, & omnes vię eius iudicia & iſta agnoſcentes fateantur quod & faſſus fuit Paulus: Et inueſtigabiles viæ eius ideo igitur ex eo quod non erat ſal ſalē ille fecit candidiſsimū, efficaciſsimum condiendis hominibus aptiſsimum, ex eo quod non erat lux lucem Solis lucem ſplendore, pręſtantia, & vtilitate ſuperantem. Sed cur hiſce hominibus appellati ſunt Apoſtoli quæ poſtea pro illis vice fungentibus, vt fuere Eccleſię doctores, fuere digniſsime apta, aut cur hiſce rebus comparati illi? Si enim illorum præſtantiam ſignificare vellet Chriſtus, rebus poſſet illos comparare nō ita cōmunibus, & cūctis expo-

ſitis,

*Triumphus euangelicus.*

*Rom. 1.*
*1. Cor. 1.*
*Pſal. 32.*
*& 90.*
*& 11.*
*Rom. 11.*

*Apoſtoli cur lux & ſal dicti.*

ſitis, res enim communiſsima & vtiliſsi-
ma ſal eſt ex qua vtilitatem capiunt non
diuites tatum principes aut reges, etſi ca-
piant illam omnes omniumque cibi con-
diantur illo, & in illorum mēſis primum
ac principem obtineat ille locū, ſed ino-
pes, mechanici, artifices, vulguſque om-
ne Lux item vbique difuſſa eſt, omniu
*Apoſtoli cur rebus cõmunibus comparati.*
oculos, omnium ædes, omnia omnium
illa loca illuminat diuitum, pauperum
dominorum, & ſeruorum. Poſſet igitu
dicere ad illos: Vos eſtis argentum mun
di, eſtis aurum, eſtis illius margaritæ pre
tioſæ, iſtis ſi illos appellaſſet nominibu
maiori fortaſſe haberentur illi in pretio
& auidius audirētur vel ſolo nomine ho
mines cupiditate inflamati. Plane illo
*Pſal. 11.*
rum doctrina argentum eſt & defęcati
ſimum illud: Eloquia domini, eloquia ca
ſta, argentum igne examinatum, proba
tum terræ, purgatum ſeptūplum, auru
*Prou. 8. & 16. & ſap. 7*
eſt pretioſiſsimum, & quod in compa
tione illius arena ſit exigua. Margarita
eſt & illo fulgidius, & pretioſius ita vt no
ſit illud projici Deus ante porcos hom
nes, ſcilicet illos moribus exprimente
quia

quia illius pretium non norunt, neque
quanti ſit illud habendum. Sed duo illa
& præſtantiora, & vtiliora, & magis ne-
*Auro et Margaritū pretioſiora ſunt ſal et lux*
ceſſaria ſunt etſi cunctis illa videas eſſe
communia, inſulſa eſſent omnia ſine ſa
le, & expoſita corruptioni, mæſta & cæ-
ca omnia ſine luce, & in eo quod com-
munia illa ſunt tota verſatur compara-
tionis virtus, & muneris Apoſtolici offi
cium declaratur: debebat illorum doctri
na communis eſſe pauperi & diuiti, no-
bili, & ignobili, ſeruo, & domino, ſub-
dito & principi, omnes erant illa con-
diendi quia omnes diuino palato cibi e-
rant præparandi, & paratu illa futura erat
facilis neque cuiuſquam aut domus aut
menſa ſine ſale ſternenda, ſed in omni-
bus dicturi ſiue edimus ſiue bibimus:
*1. Cor. 11.*
Domini ſumus, omnia in gloriam Dei
facite. Eratque inſtar ſalis doctrina il-
la vim ſuam virtutem & efficaciā in om
ni menſa, in omni loco, in omniū cibis
condiendis habitura, ita vt non hic ef-
ficax, illic minus efficax videretur, ſed
omnium vna veritas doctrinæ, condiens
omnium pari virtute cibos, ſiue vulga-

res, ſiue regios, nulla in menſa ſuam vir-
tutem amittens, ſiue inopis illa ſit colo-
ni, ſiue regis, gauiſurique principes ac re-
ges quod ita fieret, nam ſi ſal aureis ſali-
nis infunderetur aut non candidus, aut
non ſatis comminutus, aut minus debi-
to efficax offenderentur illi: ac ita & plus
longe deberent illi offendi ſi non eſſet
candida doctrina, & quantum oportet
comminuta vt capiatur illa, & aſpergan-
tur illa cibi, aut non tantæ efficaciæ dan-
te illa aliquid dignitati regiæ quæ gau-
det rebus proprijs & minime vitiatis ac
ita efficaci gaudet veritate vt ſal. Sal igi-
tur ideo illi dicti ſunt & etiam ſalitores
vt ſic dicamus. Vnde, quemadmodum
in ſalis aſperſione prudentia eſt opus, vt
quod cuique conueniens fuerit ſparga-
tur: ita in doctrina: Vnde illa com-
mendata fuit Apoſtolis: Eſtote, inqui-
ens, prudentes ſicut ſerpentes: Pruden-
tiamque iſtam miro modo commendat
innumerabilium hominum prudentiſſi-
mus Paulus, cum, modum docet quo ſint
imperandi diuites, rogandi ſenes, inſtruen-
di qui in virtutis via ſunt infantes.

*Vbique ſal eandē virtutem habiturus.*

*Prudentia in ſalis aſperſione.* Luc. 10. & 12.

1 Tim. 6. 1 Tim. 5. 2 Cor. 3 & Heb. 5.

Sal

Sal etiam ſunt appellati, quia quo
comminuitur ille magis, & conteritur
hoc ſalit efficacius, ac ita Apoſtoli e-
rant facturi vt plane fecerunt quo enim
illi laboribus perſecutionibus, oppro-
brijs carceribus magis conterebantur,
hoc illi ſaliebant efficatius ita vt neque
in carcere à ſuo deſiſterent condiendi
munere, ſummum enim quod in illis
erat deſiderium condiendi erat homi-
nes, id vt præſtarent ſibi non parcebant,
atque ipſos illi laboribus, ieiunijs pere-
grinationibus conterebant, ita ſalis illi
conditionem ſeruantes quam tantope-
re commendauit illis diuinus magiſter,
et fecerint plane illi quod ſal ſua na-
tura facit. Qui deſijt eſſe vt ſuum alijs
ſaporem communicet vt in multis, ci-
bis fit, ſed in aqua potiſſimum quæ vt
ſalem ipſa ſapiat, ſal eſſe deſinit: ac ita
plane Apoſtoli, vt aquis populis ſcili-
cet inſtar aquæ labentibus, & tranſeun-
tibus diuinæ doctrinæ communicarent
vi ſalem & ſaporem cum oportuit eſſe
deſierunt, vitaque in condiendo & diui-
no ſapore communicādo functi ſunt: Et

*Eph 3. et 4. & 2. Tim. 1. Tit. 1. 6.*

*Apo. 17.*

quemadmodum nulla erat natio quæ ſa
lis ignoraret virtutem & naturam, qu
que illo illiuſque virtute in ſuos vſus no
vteretur, ita nulla futura erat natio ho
*Mar.* 16. ſale non condienda. Iſta ſonant illa cu
teſin mundum vniuerſum prædicate eu
*Mat.* 28. gelium omni creaturæ: ite & docete om
nes gentes: Adumbrauitque gratiſsim
iſtud & hominum ad prophetam co
4. *Reg.* 2 queſtio, dicentium: habitatio huius c
uitatis optima eſt ſed aquæ peſsimæ,
terra ſterilis, & prophetæ iuſsio, affer
mihi vas nouum & mittite in illud ſa
iuſsione præter quam quod diuina pote
tia manifeſtata eſt quæ non ſolum o
ratur res quas humana non attingit ſap
tia, & modis ab illa diuerſiſsimis, ſed
modis ſapientia contrarijs, ſale enim
qua perditur, craſſa inſipida, & impot
bilis fit, & terra illo conſperſa ſterilis,
ſale dulcorauit ille aquas, & terra ex ſt
rili facta eſt frugifera. Indicauit pr
ter hæc quod diuinæ ſapientiæ, diuino ſ
*Effectus* le in vaſa iſta infuſo, effuſoque & di
*& effica* perſo illo erat humanæ terræ ſananda ſ
*cia ſalis.* rilitas, ita vt quæ fructus non fereba
De

Deo dignos ferret, & aquæ populi ſili-
et diuino palato dulcorandi, vas autem
ouum fuit quia nihil magis nouum mū
lo Apoſtolorum electione, prædicatio-
e, vita, miraculis. Quo ſale terra reddi-
a eſt frugifera, vt diximus, & ſuaues di
ino guſtui aquæ. Dicti ſunt & lux, quia
uemadmodum ſine illa nequeunt neq;
rrena neque cœleſtia videri, & in om-
es illa ſe longe lateque diffundit natio-
es, ſine vllius acceptione omnes terras
ſtrat, omnium oculos illuminat, in om
ium regionum angulos ingreditur, om
ia exhilarat, lætificat, fæcundat, & quo
etioſior illa eſt & magis cœleſtis natu
a hoc ſe communicat copioſius, ita &
iuina Apoſtolorum doctrina, imprimis *Apoſtoli*
ant fugandæ omnes ignorantiæ tene- *lux mūdi*
ræ omnes er rores ex huius diuinæ lucis
efectu orti, quibus totus ſcatebat mun
us, omnis vitiorum caligo, & ſuffun-
enda omnia diuina luce qua & terre-
a, & cœleſtia viderentur, agnoſceren *Diuinæ lu*
ur, veraque humanarum & diuinarum *cis effec-*
rum cognitio haberetur & certa fides, *tus mira*
ratque illa in Barbaros, Scythas, Me- *biles.*

 dos,

dos, Parthos, Indos nationeſque omnes
ſine vlla acceptione diffundenda, om-
niumque illarum oculi illuminandi, ani
mi incendendi, & omnium rerum natu
ra manifeſtanda, ita vt agnoſcerentur
vt cognoſcuntur res lumine & ſplendo
re quæ tenebris occultatæ non agnoſce
bantur, exhilarandæ mentes quæ igno
rantiæ mærore erant afflictæ, & quæ no
ctu graſſabantur vitiorum feræ infugan
conuertendæ vt externo euenit lumine
*Pſa.*103. Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in
ipſa pertranſibunt omnes beſtię ſiluæ, ca
tuli leonum rugientes vt capiant eſcam
ſibi, ortus eſt Sol & congregati ſunt &
in cubilibus ſuis collocabuntur. Hinc
*Eph.* 5. diuino iſto Apoſtolorum doctorumque
ſacrorum lumine perfuſi filij lucis dicun
1.*Theſ.*1. tur, & opera illis luce digna commendan
tur. Quæ omnia ita præſtitere Apoſto
*Phil.*2. li vt ſolet cerea lucerna incenſa quæ c
ſumitur vt luceat, ac ita illi vitam inſum
pſere omnem lucendo & illuminando
quia tamen per ſæcula laboraturus erat
neceſsitate mundus ſalis, & lucis
Deus vt illi conſuleret ſalis. Et lucis æ
terna



ternæ admirandam creauit copiam, crea
uit & ſpiritualis, ne ſapientiæ diuinæ de
eſſet ſal, & lucis ęternæ qua venturis tem
poribus condirentur, & illuminarentur
homines harum rerum neceſsitatem ha-
bentes, ac ita digniſsime eccleſia omniũ
indulgentiſsima mater, & nominum &
honorum ſapiens diſtributrix, illos miro
modo honorificauit nominibus quibus
Chriſtus Apoſtolos, illos qui Apoſtolica
munera erant in terris in hominum be-
neficium habituri, & vt illis dicta verba
illa canere in eorum ſolemnitatem præce
pit, quæ dicta fuere Apoſtolis: Vos eſtis
ſal terræ, Vos eſtis lux mundi, Et cõgrue
d, nimiſq; ſapienter, quis enim defuncti
iudicis in locum ſubrogatum non dicat
merito appellari iudicem? Et ducem
eum qui defuncti iudicis ſortitur vi-
cem? Et Regem illum qui Regna, &
ſceptra capit Regis qui vitam peregit?
Subrogabantur ſacri doctores ad di-
uinam promulgandam legem in Apo-
ſtolorum locum, merito igitur illis ap-
pellati ſunt ab Eccleſia glorioſis nomini-
bus quibus appellati fuerant Apoſtoli,

Hh 4 neque

neque illos tanta gloria nominum extu-
lit, neq; ſui fecit illos obliuiſci, ſed Apo-
ſtolorum veſtigijs inſiſtentes, vt nomi-
num fuere illi & munerum heredes fue-
*Expende ſacrorum doctorū munera.* re & deſideriorum opere exequendi quæ
promittebant nomina, præſtitereque co-
pioſiſsime, quas nationes quod ue homi-
num genus, aut quæ terrę tā elōgata par-
quæ non fuerit magni Auguſtini, vene-
randi Hieronymi, eximij Ambroſij, ſum-
mi Gregorij, cœterorumq; ſacrorum do-
ctorum ſale condita, & perfuſa lumine.
Qui non contenti munera iſta ingenij
cum gloria, & mundi totius vtilitate di-
vixerant exercuiſſe, ſacris ſuis in ſcript
ſalem reliquerunt quo totus condiu
mundus, & Deum diuinaque ſapit: qu
á vitiorum corruptione ſeruatur, qu
quædam perpetuitatis cupiditas commu-
nicatur illi, lucem, radios per orbem dif-
fundentem, illuminantem illum, ita vt
illorum vt ſic dicamus cōmunicatione
lectione, & doctrina non tantum ſapiant
*Gregorij præſtantia.* multi & luce gaudeant ſed & illi ſal terre
& lux mūdi fiāt. Sed in Gregorio noſtro
innumera ſunt quæ ſatis illius & lucis in
audi-

audita pręſtātiā prędicāt, fuit.n. ab ipſo
vitæ initio ita diuino cōditus ſale, ita di-
uino ſplendore illuminatus vt nihil ille
aut diceret aut faceret quod diuinam ſa-
pientiam non ſaperet & in quo diuina
lux non ſplenderet, erat ſæculo ſuo mira-
culo, cum videret canos illos iuuenili &
florido corpore quos optat ita loquens
ſapientia, cani ſunt ſenſus hominis & *Sap. 4.*
ætas ſenectutis vita immaculata.

Sementis illud, in illo tempore vberri-
mas pollicebatur ſegetes, & pueritiæ il-
lius nitens ac ſerena aurora vitæ dum ni-
tidum gratum, & amænum, iacta ab illo
virtutis prima illa ætate fundamenta ex- *Expende ſimilia.*
ceſſam, & diuinam quādam cęleſtis ædi-
ficij molem permittebant, quæ omnia
nequibant ſine ingēti luce præſtari, quæ
ſummo illi vitæ diluculo orta eſt, neq.
ſine diuini illa ſalis condimento tam po-
terant eſſe illa grata hominum guſtui &
diuino cui gratus ille eſſe in omnibus la-
borabat, nobilis enim ille cum eſſet ho- *Nobilitas virtute perficitur.*
minum opinione, ita virtutibus decora-
uit ille nobilitatem, vt apud Deum fue-
rit ille nobiliſsimus & cum in magno

 eſſet

eſſet apud homines honore & pretio ita virtutibus floruit, & pretioſos & honoratos apud Deum, nouit facere, vt fuerit apud illum honoratiſsimus, omnia tandem cum haberet ille, multa & magnopere pretioſa, & honorifica reliquit vt Chriſtum ſequeretur, omnium apoſtolico pectore detrimentum fecit vt Chriſtum ſequeretur, & lucrifaceret, viuendique inſtitutum illud ſæculo poſt habito elegit quod Deo intellexit eſſe gratius & in quo ille liberius vacaret illi, & literis quibus ſal ipſe effectus condiret, lux redditus illuminaret, hæc optima doctorum principia, his gradibus ad culmen illud aſcenditur. Hinc digniſsime de illo: Et qui mane vigilauerint ad me inuenient me.

*Philip.* 3.

*Prouer.* 8
*Sap.* 6.

Præoccupat qui ſe concupiſcunt cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum. Res enim quæ futura ſal eſt a principio ſalem ſapit neque momento illa ſit & quę lux etiam cum ſcintilla eſt ſplendet, & cum prima profert folia arbor, floreſque primos & fructus qualis in poſterum ſit futura cum procerior fuerit facta & maturior oſtendit, & inprimis illis rudibuſque pictorum linea mentis quæ ſit futura imago manifeſtatur, rerumque omnium principia, & ſi principia illa ſint & non dum abſoluta neque formata ſpeciem tamen habent aliquam eorum quæ futura ſunt. Vnde miror quorumdam in re grauiſsima ignauiam qui cum nihil per vitam habeant quod ſacerdotem ſapiat illo ipſo tempore quo ſacerdotes creantur morum integritate, maturitate iudicij & cordis neceſſaria mundicie futuros ſe ſacerdotes ſperant, & inueteratam conſuetudinem breui illo tempore mutandam, acſi (vt diximus) res quo futura ſal eſt ſalem illa non ſapiat a principio, & quæ futura lux radioſos ſuos non emittat, neque diſsimili modo doctores, cum nomine mores illi doctorum ſe accepturos ſperant, res cum ſit difficillima & doctrina partu difficilior quam fuit literarum quā tot laboribus illi & vigilijs pararūt, ac ita euenit vt in plurimū vt doctores illi dicantur non tamē ſint, cū neque vitę illi exēplo, neq. doctrina doceāt ſalis

*Expende quæ probent ſimilia.*

ſalis illi nomen habentes, & nequaquã condientes, lucis & neq. ſibi neq. alijs lucentes, doctores quidem ſed non ſancti doctores, vt fuere illa diuina lumina Sole, & ſale eccleſiæ magis vtilia, Auguſtinus, Gregorius: quorum literæ quia ſanctitatis illis radices deſunt areſcent aliquando, quia cæmenta pietatis iſta non habent, ruent in quos congruunt illa maxime quæ doctor hic maximus noſter dixit.

*Lib. mor. 23. c. 16. & 18.*

Obſtaculum namq. veritatis tumor mẽtis quia dum inflat obnubilat, qui & ſi quando ſcientiam videntur adipiſci quaſi de quodam rerum cortice & non de ſecretæ dulcedinis medulla paſcuntur, micantibuſq. ingenijs ſepe exteriora tantũmodo attingunt, ſed interim guſtus ſaporis ignorãt, videlicet foris acuti, intus cæci. Neq. id de Deo ſentiunt quod dulce interius ſapiat, ſed quod excuſſum exterius ſonet. Qui ſi quando conciones habent ad populum eo modo habent quo, dixit & ipſe: Si linguis hominum loquar, & Angelorum, Charitatem autem non habei factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalũ tiniens bona quippe loquens ſed per amorem bona non ſequens velut æs, aut cymbalum ſonitum reddit quia ipſe non ſequitur verba quæ ipſe facit.

*Vide eundem rogo hom. in Ezechiel. 9. & 11. & 12. & 21.*

*Lib. mor. 32. c. 16.*

Magnus noſter Gregorius cuius in omnibus magnitudinem tota mirata ſemper eſt Eccleſia, factus cum iam eſſet quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo, Adamante vt pote fidei firmitudine, ſmaragdinæ ſpei virore, Charitatis topacion incenſo, vnionis pretioſiſſimi candore? factus etiam ſicut lilium in tranſitu aquæ florens, candens, odorem ſpargens, & ſicut thus redolens in diebus æſtatis in quibus illud maxime odorem ſpirat, vt ſpirauit ille boni, ſacri ſapientiſq. nominis vbiq. odorem, & lucens ſicut ſtella in medio errorum nebulæ, qua magna pars laborabat orbis, â ſacris patribus tot in illo mirabilibus corporis & animi dotibus conſpectis, tot, tantis, tamque ſupremis quas ſuprema dignitatum omnium dignitas poſtulabat quæritur vt præficiatur omnium conſenſu illi, expenderunt patres illi ſanctiſsimi, & clariſsimi quanta eſſet & quam ingẽs neceſ-

*Eccleſ. 50.*

ſaria

*Quæ expenderint patres ſanctiſsimi in electione Gregorij.*

ſaria prudentia & ſapientia non humana tantum ſed diuina illi qui vaſtiſsimæ Eccleſiæ nauis nauta eſſet creandus ſæuienti illo tempore tantopere mari. Expenderunt quantū oporteret eſſe cerebrū quaq; diuinum illud capitis corporis Eccleſiæ ita ingentis futuri. Expenderunt quanta oculorum illius acies, qua non proxima tantū ſed remotiſsima erat ille diſcretur[us] non præſentia tantum ſed futura. Expenderunt quanta prudentia & diuini cognitio iuris, quantus diuini honoris zelus illius qui orbis erat futurus animarum moderator, & iudex.

Expenderunt quantus eſſet neceſſarius diuinæ amor modeſtiæ illi qui cum ſeruus ſeruorum dei eſſet futurus, erant illi principum regum & imperatorum diademata & ſceptra ſummittenda, ac illud velut vnum quodā numen ab illis ſuſpiciendum, illius dictis auſcultandum, legibus parendum: Expenderunt quāta eſſet ſalis copia neceſſaria illi per quem non vna altera ue natio ſed innumeræ remotiſſimæq. nationes erant condiendæ quam ingens eſſet neceſſaria lux, quæ per orbē

omnem

*Gregorij ad miranda modeſtia.*

omnem radios ſuos erat difuſſura: Iſtiſq. omnibus maturo nimis cōcilio cōſideratis, deſideratus eſt hic & deſignatus ſummus ſacerdos in quo omnia iſta veluti in quodam literarum & virtutum non microcoſmo ſed mundo inuenta ſunt, fugit iſta Gregorius, abſconditus latet, & animi modeſtia Moyſi ſimilis ait: Mitte domine quē miſſur[us] eſt, quis ſum ego vt vadā ad regē Pharaonē, mitte domine, præficeq. ſupremæ huic tuæ ſedi virū illa dignū, Sāſonis qui habeat vires Dauidis qui habeat animos, æquitatē qui habeat Samuelis prudētiā qui habeat Moyſis, zeli qui habeat Heliæ firmitudinē qui habeat Petri, audatiā in enūciāda veritate regibus quā habuit Micheas, quis ſum ego, hoc ſanctorum eſt ingeniū qui præ modeſtia quo pluribus illi abūdāt, tāto ſibi plura deeſſe ex animo agnoſcūt ita ipſe lib. 5. in capit. 21. 22. & 25. & li. 18. cap. 11. & lib. 22. ca. 22. & hiſ. octa. in Ezechiele & in pſa. ſeptimo. Ideo igitur fugit ille quia omnia quę a ſanctis illis patribus expendi dixim[us], & in homine ille ſuprę[mæ] dignitati preficiendo ab illis & optari

*Exod. 4.* — *Judi. 15.* — *1. reg. 17.* — *1. reg. 15.* — *3. reg. 19.* — *3. reg. 22.*

& requiri

& requiri, de ſanctitate, de prudentia, de ſapientia, de literis omnia illa expēdebat illo, horrebat tantum dignitatis pondus & adnatas illi curas, horrebat innumerabilis gregis ſed prætioſiſsimi paſtor fieri, animo illa Iacobi voluens, qui præ ouicularum cura recedere a ſuis oculis ſomnum aiebat, cum viles illæ eſſent corporeæ, pauciſsimæ & dominum haberēt Laban. Horrebat tot populorum miryades illi ſubijci, qui ſeipſum ſibi non ſatis ſubiectum arbitrabatur. Horrebat totius fieri ſal mundi qui ſibi ipſi præ modeſtia ſapere quod ſal. s erat nõ cenſebat; fieri illius lux & in candelabro omnium maximo & pretioſiſsimo & celſiſsimo collocari, in quo toti debebat fulgere orbi qui vt ſibi ipſi ſplēderet nõ valere prę animi ſacra demiſsione timebat, obſeruabat ille quod ſcripſit, habebatq. fixum in pectore quod literis mandauit & ideo fugit & latet. Vide quid fugias o Gregori fugis ſummos in Eccleſia honores quos innumeri ambiunt, ſũmas opes quas innumeri cupiunt dignitatis faſtigium celſiſsimum toti orbi mirabile & ſuſpiciendum, fugis glorioſos illos & benemeritos titulos ſanctitatis & beatitudinis omnium Cæſarum titulos gloria ſuperantes, fugis tandem in terris Chriſti vicarius eſſe & illius & in terra & in cælo poteſtate gaudere, poſſeq. te de ſtercore erigere pauperem, vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat, & innumerabilium theſaurorum externorum & ſpiritalium diſpenſatorem. Non excæcat Gregorium ingēs dignitatis ſplendor, non fulgor magnus honoris terret onus, terret cura, terrent vices Chriſti quas eſt habiturus & omniũ poſtremo reddenda ratio, ſed hoc habet modeſtia quæ quemadmodum fugit cum opus ſibi videtur, & latet, ſpectat, obſequitur & cũ gratum id deo ſperat nitet, Patitur iam ſũmus fieri ſacerdos qui ſummis præditus erat virtutibus vt dignitas poſtulabat lucet in candelabro omnibus qui in Eccleſiæ domo ſunt. & quot quot in illam ingrediebatur videntes lumen mirabantur & illuminabantur illo, condit in cœleſti illo ſalino in totius Eccleſiæ menſa poſito prouincias omnes, regna, imperia, nihil illius cauſa aut inſulſum fit aut

Gen. 31.

Mat. 16.

1. Reg. 2.

*Fugit Gregorius quod multi nõ fugiunt.*

*Quid fuit quod fugam capere fecit Gregoriũ*

corruptum, fugat luce errorum vbique tenebras, vitat ſalis ſui efficacia corruptionem omnem, & quęcunq. de alijs, inq. aliorum vtilitatem ille aut dixit aut ſcripſit in illo latiſsime fulgēt vt illa Ezechielis: Cui dictū, comede volumē iſtud &c. Fuit imagine illa expreſſus, manus hominis ſub pennis eorum, fuit tandem filio hominis ſimilis, neque contentus ſal eſſe dum vixit, lucere dum vitam egit, tanta fuit illi animarum condiendarum ſitis, tantus ardor lucendi vt mortuo illo viua & quæ viuent in æternum illius opera ita condiant vt putreſcere animos non ſinat neq. vermes illos vitiorum gignere, ita luceant vt in errorum tenebris non patiantur illos verſari ita vt quod vni corpori contingit attactu defuncti corporis Prophetæ quod reuixit, innumeris contingat animis attactu, & lectione litterarum illius, quod per gratiā diuinam contingat omnibus precamur deum, vt illo aliquando potiamur.

*Lege iſta h. 10. in Ezechiel. lib. 1. in Ezech. h. 2. lib. 1. in Ezech. 2.*

*4 Re. 20*

SALV



## *SALVTATIO.*

*QVI ad tanta hodie diuina cum ſit & ſuperna maieſtas ſe demittit pro mundicie hominum vt miſſa in peluim aqua, illorum pedes, & lauet, & tergat, dabit nobis pro illo legatione fungentibus gratiam, vt miſſa in memoriæ peluim aqua puriſsima diuinarum ſcripturarum, de affectuum lotione qui animi ſunt pedes, & modeſte, & ſubmiſſe, & cum vtilitate agamus, interceſsione puriſsimæ virginis quam gratiſsima illius oratione vt interueniat precabimur. Aue Maria.*

# THEMA.

## Ante diem feſtū Paſchæ.

VIRVS in omnibus fuit in Chriſtianum populū amor, qui vtinā tā magnis, tam inmēſis, tam frequētibus beneficijs gratus eſſet illi cōtulerat

Ii 2 quidem

quidem antiquo populo beneficia minime exigua illa, eduxit ex Ægypto multis mirabilibus editis, proſequentes illum hoſtes non domuit tantum ſed in mare ſubmerſit deficiente illis aqua fecit in deſerto torrentes inundare, deficientibus Ægyptijs alimonijs, pane cæli in abundantia conſuluit, & in terra inuia & inaquoſa dux illius fuit, iſta fere omnia grato carmine comprehendens Moſes dixit: Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos expandit alas ſuas Dominus ſolus dux eius fuit & non erat cum eo Deus alienus, inuenit eũ in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis. Circumduxit eum & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui, fuit illis in velamẽto diei, & in lucem ſtellarum nocte. Vnde tantum beneficium magni habens Propheta dixit: elegit nobis hereditatem ſuam, ſpeciem Iacob quem dilexit, & iterum: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Vnde ſi quando. (Non enim id contingebãt raro) tot, tanta, tam præclara beneficia ingratiſsimi dorſum eijciebant, mirum quantum excandeſcebant in illos Prophetæ & quanta & quam horrenda in illos intonabant. Audite cæli quę loquor: audiat terra verba oris mei &c. Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Deus fidelis: & abſque vlla iniquitate iuſtus, & rectus, peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus, generatio praua atque peruerſa hæccine reddis domino? Popule ſtulte, & inſipiens, nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit fecit & creauit te. Quod ſi tanta fuit antiqui populi felicitas, & Deus tam priuato amore proſequutus illos eſt, vt tantæ ingratitudinis nota a Prophetiſ viriſque ſanctiſsimis merito notarentur cũ in illum delinquebant. Quæſo quanto erit maior Chriſtiani felicitas populi, Cui non imagines rerum vt illis non vmbræ, non figuræ; ſed res ipſæ pretioſiſsimæ quæ illis præſignabantur ſunt conceſſæ, quem non eduxit ex Ægypto Moſes, ſed Chriſtus Moſis dominus ex captiuitate peccati, & ignorantiæ tenebris ducitque ille illum per ſemitas iuſtitiæ docẽs, erudiens, cuſtodiens, non pane cęleſti

*Exod. 2. & 5. & 20.*
*Deut. 6. & 8. & iud. 6*
*Pſal. 67. & 67.*
*Exod. 19*
*Deut. 32.*
*Pſal. 64*
*Pſa. 147*
*Pſal. 77. & Eze. 16.*
*Felicitas Chriſtiani populi.*

*Beneficia Chriſtiano conceſſa populo* lesti paſcens ſed diuino, non aqua ex pe-
tra, ſed aqua quæ in bibentibus ſit fons ſa-
liens in vitam æternam, quorum benefi-
ciorum multa, in ſacra iſta lectione conti-
nentur, Datus enim pro agno qui vm-
*Joan: 4.* bra erat, verus, innocens & mundus, mū-
dique mundificator agnus, pro māna, Eu-
chariſtia diuini omnis ſaporis ſuauitatē
*Exod 10* habens quæ beneficia quanto ſublimio-
*& leuit* ra ſunt, & celſiora tanto a nobis magis
*& Jeau.* habenda, & tanto nos in illorum auto-
*1.* rem futuri gratiores quando certiſsima
*Apoc. 5:* illa Chriſti ſunt, multi reges voluerunt
videre quę vos videtis & non viderunt.
*Luc. 10:* erit igitur & in iſta, delinquentium in-
gratitudo maior, deteſtabilior, maiori
digna ſupplicio, & maiora in illos into-
nabunt Prophetæ, ſi enim graui ſuppli-
cio dignus haberetur qui imaginem re-
giam offenderet, qui offenderet regem
*Aſſerūt* cuius erat imago, quanto magis dignus
*quæ dixi* haberetur, ſi quis debiti argueretur quod
*mus ſimi-* ænea numiſmata recipiens neque perſol-
*lia.* uiſſet illa neque gratus in illum qui illa
commendauerat extitiſſet, quid de eo di-
cere-



ceretur qui recipiſſet aurea ? Vt autem
quæ receperitis intelligatis & ſi non
omnia attendite. Sciens quia venit ho-
ra eius : O bone multi horam ſuam ſciē- *Rom. 14*
tes triſtantur, mærore afficiuntur. Non *Pſal. 91.*
ſolum ex his qui ita laxe vixerant, & *& 11:*
ſine ratione vt digniſsime metuere poſ-
ſint rationem, quando reddendam il- *& 10.*
lam intelligunt illi, de quo digniſsi-
me dicta ſunt illa: Iuſtus es domine, &
rectum iudicium tuum iuſtus dominus
& iuſtitiam dilexit, æquitatem vidit vul- *Pſal. 17*
tus eius, ſed & qui dicere valuerunt: cu-
ſtodiui vias domini neque impie geſsi a
Deo, quoniam omnia iudicia eius in *Pſal. 129*
conſpectu meo, & iuſtitias eius non re-
puli a me iſta diſcentes iſta etiam dicunt.
Si iniquitates obſeruaueris dn̄e dn̄e quis
ſuſtinebit, quia apud te propitiatio eſt, &
propter legem tuam ſuſtinui te domine: *Pſa. 142.*
Non intres in iudiciū cū ſeruo tuo, quia
non iuſtificabitur in conſpectu tuo om-
nis viuēs, Quia perſequutus eſt inimicus
animam meam humiliauit in terra vitam
meā. Tu vero o bone horā ſciēs & ſi do-
loris illa ſit & acerbitatis plena animo

 es

es italæto, & in tuos beneficia cumulas & (vt ſepe ſol in occaſu) magis amore in tuos & beneficencia nites, rationem homines ſi deſiderent, hæc eſt ex innumeris vna aut altera, imprimis quia mortis dominus es, & mortis amaritudinem dulcorans morte tua, pluſquam iactum lignum Marach dulcorauit aquas, rurſum quia mors hora eſt in qua aperta manu effuſſurus eras beneficia omnia, non ſolum quibus humanum indigebat genus, ſed quæ immenſam tuam maieſtatem decebant, eras redempturus illud pretio magno, de quo poſtea Paulus tanti beneficij gratus æſtimator: empti eſtis pretio magno, excedit enim illius magnitudo omne pretium argenti, auri, & gemmarum quod vnquam habuit mundus, liberaturus eras a peccato mundaturus pluſquam aquæ diluuij omnem carnis immundiciam, affixurus cruci chirographum quod côntra nos erat, & ideo & ſi amara ex ſe diſſicilia & laborioſa iſta eſſent, tanta erat in te perficiendi illa voluntas vt ſciens quia venit

*Chriſtus mortis dominus.*
*Exo. 15.*
*Cur dicta hora eius.*
*1. Cor. 6. d. & 1. & 1. par. 1.*
*Roma. 8. & Gala. 4. d. tit. 2. d. Col. 2. ca.*



venit hora animo minime ſis demiſſo, & ad benefaciendum inepto.

Sciens, quia venit hora eius. Id inter alia ideo cenſeo dictum, quod in illius ſitum eſſet poteſtate horæ electio, tanquã illius domino, quæ enim noſtra ſunt nos de illis cum volumus & vt volumus diſponimus. Hoc autem ſenſu non poterit mortis hora hora noſtra dici. Nam non in noſtra, ſed in Dei poteſtate ſita eſt, quã nullus vnquam mortalium vitare poteſt, alioqui ò quot aut immortales eſſent, aut Neſtori & Mathuſalem ętate ſimiles, tanta eſt huius exilij dilectio, huius proceloſi maris grata nauigatio, huius militiæ ancipitis, certamen iucundum, agimus in hac Babylone ſine fletu, etſi dolendi innumeras habeat ocaſiones, in hac Ægypto ſine laboris & ſeruitutis ſenſu etſi grauiſſimi ſint illi, & hæc ratio eſt propter quam Marach aquæ nobis ſint dulces & Ægyptiaca alimenta nobis ſapiunt. Cognouit figmẽtum noſtrum qui nos fingit, & qui fixit noſtra ſigillatim corda: intellexit noſtra opera, & ideo conſtituit terminos qui pręteriri non poterunt, etiam

*Geneſ. 5.*
*Pſa. 118. & 119.*
*Iob 7.*
*1. Eſdr. 2.*
*Pſa. 136.*
*Exod. 2.*
*Exod. 15. & 16.*
*Pſa. 102.*
*Iob. 14.*

ſi flens te ad parietem conuertas id enim
*4.Re 20* vni contigit Ezechiæ vita quidē tibi diſ
ſimili, quando ante diuinos oculos auſus
fuit iſta loquendo illi proponere, memen
to quomodo ambulauerim coram te cor
de perfecto, non eſt igitur hora tua, ſed
Chriſtus, cuius hora, hora ſua eſt, ita ho-
ræ tuæ temperabit dolorem, amaritudi-
nem, metum vt ob hoc gratias acturus ſis
illi quod horam tibi præfinierit. Non.n.
tibi tollit quæ grata ſunt, ſed in meliora
cōmutat, vitam temporalem in æternā.

*Plato in phædo.* Audi rogo Socratis & Platonis aliqua
quæ non poterunt te non ingenti admira
tione afficere, & quæ dicas, aut ex no
ſtris mutuata, aut in noſtram ſocordiam
dicta. Quo circa inquit Socrates: In te
ra dum in vita ſumus ita nos ipſi parare
debemus, vt quam minimum fieri pote-
rit cum corpore ſit nobis commercij, ita
fiet vt quadam tenus ad ſcientiam acce
damus, cauebimuſque ab eius conta-
gio quovſque nos Deus ſoluat, vt puri
& á corporis vitijs liberati, cum ſimili
*Expe sle iſta.* bus vt par eſt verſemur. Cognoſcamuſq
per nos ipſos eaquæ integra & ſincera
ſunt



nt quod eſt verum ipſum, quæ ſi adhūc
modum habēt magna ſpes eſt proficiſ
entem quo nunc ego ſi alibi vſquā & ibi
turum cōpotem rei quam vt conſeque
mur tot perpeſsi ſumus in vita labores,
alibi ecce itaq; ibi pręmia & mercedes *Libr. de republ.*
ię viro iuſto pręter ea bona quę iuſtitia
cum affert a Dijs & hominibus tribuū.
t præclara ſane, & ſtabilia, at qui ea om
a, nihil, neq; numero ſunt neq; magni
dine cenſenda, ſi cum, ijs cōferam quæ
ortuum manent. Quòd ſi ita odorati *Mors qu id ſit pijs*
nt gentiles, quid de morte, deq; iuſtorū
ſt mortē præmio dicemus Chriſtiani, *2.Tim.2. et 1.Pet. 5. et Apoc.2. pſ. 118. & Heb.11. et 1.Pet. 2.*
obis.n. Chriſtianis, & his qui fidei fir-
itudini charitatis adiunxere ignes, tē
corone mors eſt, nauigationis portꝰ op
atꝰ, peregrinationis in optatā patriā deſi
ratus finis, mercedis recipiende tēpus.
Vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem
quo nūquam iuxta diuinam naturā diſ
eſsit ille. Sed oportuit maxime vt homo
eret, & inter homines verſaretur non
ntum vt nobis aperiret tranſitum ad
atrem, ſed vt exemplo, & doctrina do-
eret quâ eſſet ad patrem eundum.

Chri-

*Vita Chriſtiani.*

*Auguſt.*

Chriſtiani enim hominis non mortem tantum oportet tranſitum eſſe ad patrem ſed etiam vitam, nam ex hac potiſsimum pendet mors, iuxta illud Auguſtini: qui bene vixit bene mortuus eſt, vnde cuius vita trãſitus eſt ad patrem expectandum eſt eſſe & mortem. Peregrinatio autem quæ eſt in vrbem Hieruſalem ex primo inito itinere illuc dirigitur, ſemperque hoc animo pergit qui peregrinatur, & illuc omnes paſſus dirigit, nauigatio qu[æ]

*Similia.*

tẽditur in Indos, a primo ex portu digreſſu, dirigitur in illos, eſt autem Chriſtiani vita peregrinatio: Vide id ipſum teſti-

*Eccl.7.*

tia teſtimonia. Numero dierũ peregrina-

*2.Cor.5.*

tionis meæ peregrinamur á Domino ob-

*1.Petr.2.*

ſecro vos tãquam aduenas & peregrinos

*Heb.11.*

Confitentes quia peregrini & hoſpites ſumus ſuper terram. Chriſtiani igitur hominis vita quæ tendit ad patrem, oportet illam ſciat, quod tranſitus illius & peregrinationis gradus, aut greſſus ſunt cogitationes, ſermones & opera, illuc igitur tendere debet ſemper cogitatu, opere, & ſermone, quod ſi quando deuiat, fletu, lamento, dolore, confeſsione, & pœnitentia



laboret in viam reddire, ita apud ſe loquens cogitaui vias meas, & conuerti pe- *Pſa.118.*
des meos in teſtimonia tua, ita precans, erraui, ſicut ouis quę perijt quęre ſeruum tuum domine. Ac rurſum, vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me, in via æterna.

*Expende quid doceat ſimile.*

Et quemadmodum, qui inter nauigandum intelligunt elogari ſe, & acus aſpectu, & ſtellarum ſitu, & regimine ad nauigandum ab ea prouincia in quam tendebant, toti in hoc ſunt, vt in viam ſe ſe reducãt, quæ illos redducat in optata: ita qui infido iſto terrarum mari viuunt & nauigant cum ſapiunt faciunt, quod vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem intelligi velis, ſolummodo de morte etiã in hoc ſenſu Chriſtiani hominis vt te cõuenit, nam veriſsima & compertiſsima

*Vita hominis mors.*

ſunt illa: Quid vita niſi lenta mors? Et Seneca: Quotidie enim proprius ab vltimo ſtamus, & illo vnde nobis cadendum

*Seneca epiſt.24.*

eſt hora omnis nos impelli, & idẽ: Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cum creſcimus vita decreſcit, &c. Quiquid tranſijt

ſijt temporis perijt, hūc ipſum quem agi-
mus diem cum morte diuidimus. Si igi-
tur trāſitus ad patrē de morte intelligatur
tantum, ita & ſic de hominis vita intelli-
getur, quæ quo probauimus modo mors
eſt.

Cum dilexiſſet ſuos, &c. veriſsima ſunt
etſi decātatiſsima illa, quod de Deo pro-
pter illius immenſitatem facilius dici-
*Expende* mus quid non ſit, quam quid ille ſit. Fa-
cilius dictu eſt, inquit Diuus Augusti-
nus, quid non ſit Deus quā quid ſit. Ter-
ram cogitas (inquit) non eſt hoc Deus:
mare cogitas? Non eſt hoc Deus: omnia
quæ ſunt in terra, homines, animalia?
Non eſt hoc Deus. Omnia quæ ſunt in
*Aug. li. 8. de Trinit.* mari quæ volant per aerem? Non eſt hoc
Deus. Quidquid lucet in cęlo Sol & ſte-
læ? Non eſt hoc Deus, ipſum cęlum? Non
eſt hoc Deus. Angelos cogitas, virtutes
poteſtates, Archāgelos, thronos, domina-
tiones? Nō eſt hoc Deus & quid eſt? Hoc
ſolum potui dicere quod non ſit. Quæris
quid ſit? Quod oculus non vidit: neque
auris audiuit: neque in cor hominis aſ-
cendit, quid quæris vt aſcendat in lin-
guam



guam, qui in cor non aſcendit?

Sed quamuis certa iſta ſint audeamus
tamen ex rure iſto quod incolimus quę
meliora, quæ maiora, quæ celſiora & pre
tioſiora ſunt tribuere illi & ſi diuerſiſsi-
mo modo illa ſint in illo quam in no-
ſtris, vnde quia magni habuimus ſapien-
tiam, & ſapientes miramur, appellamus
illum ſapientiſsimum, quia potētiam, po *Vide Chryſ. de*
tentiſsimum, quia ſpeciem ſpecioſiſsimū, *amore Dei*
quia fortitudinem fortiſsimum, quia æ- *tom. 2.*
quitatem æquiſsimum, quia diuitias di- *Pſa. 217.*
tiſsimum.

Sed inter pretioſiſsima quæ habet mun
dus res quidem pretioſiſsima eſt dile-
ctio, & amicitia vnde quidam, non in-
ſulſe dixit: Solem, & ſalem tollit è vita
qui tollit amicitiam. Hanc igitur habe-
re Deum oportuit, ne re careret ille cel-
ſiſsima, & habet quidem illam, & tāti ha
betvt cū reliquę omnes virtutes, maximi
ſint momenti ſitque ille ſua natura vna-
quæq; illarū, vt æquitas, fortitudo, pietas,
nō ducat illę tātę gloriæ dici Deus, æqui
tas & iuſtitia, fortitudo, pietas vt ducit di
ci charitas ac ita appellatur â Ioāne: De⁹
cha-

1.*Ioan*.4 charitas eſt. Dicitur etiā Deus dilectio,
2.*Cor*.13 nis & pacis, tantique habet dilectionem
1.*Theſ*.5 vt quod de illo maxime ſonant diuinæ
*Heb*.13. literæ id ſit: Sic Deus dilexit mundum.
*Ioan*.3. Vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.
*Ioan*.13. Et de probæ indolis ſpectato adoleſcen
*Mar*.10. te illa ſunt: Ieſus autem intuitus eum di-
*Ioan*.11. lexit. De Magdalena, Martha, & Laza-
*Ioan*.19. ro: diligebat Ieſus Mariam, Martham &
& Lazarum. De Ioanne: Vidit diſcipu
lum ſtātem quem diligebat Ieſus. Et ho
die dicitur cum dilexiſſet ſuos qui erant
in mundo in finem dilexit eos, quin &
& ſancite ab illo legis compendium dile
*Rom*.13. ctio eſt, qui diligit inquit Apoſtolus le-
& *Gal*.5 gem impleuit, conſumatio enim legis eſt
dilectio: ſed hec in illo perfectiſsima eſt,
cōſūmatiſsima, vt pote, quæ & illius erat,
& noſtræ dilectionis regula futura, id ſo
nant, in finem dilexit eos Neque in illos
tantum quos illo tempore habebat ſuos
dilectio terminata eſt ſed in omnes deri-
uatur illa quos felici hoc nomine fecit
ille dignos, feliciſsimum namque eſt tan
ti domini ſuos dici, nam dilexit illos in
finem.

Sed



Sed rogo, pro tam immenſo tantæ dile *Pro immenſo dilectionis beneficio quid exigat Chriſtus.*
ctionis beneficio quid requirit ille? Pla-
ne quod non minoris gloriæ homini eſt,
diligi, & vſque in finem diligi, vt dilexit
ille. Res ſuauiſsima, dulciſsima, & glo-
rioſiſsima homini, & quam ſi non conce
deretur illi vt poſſet parari pretio, vitæ il
lam diſpendio parare ingens erat lucrū,
quæ cum veriſsima ſint ſi tanti honoris
& gloriæ ceſſaſſent tituli, & vera illa ſint
ab Ethnicis dicta, Magnes amoris amor: *Amor, amoris magnes.*
Marce ſi vis amari ama. Amaturi eramꝰ
illum quando prior ille dilexit nos, vnde
quando contra fit, digniſsime queritur
ille, & deiectiſsimos abſurdiſsimoſq; no
mines iſta facientes acriter punit. De in *Hier*. 2.
gratis Iſraelitis queritur quod dereli-
querint fontem aquæ viuæ, pro ciſternis
diſsipatis, ac ſi diceret rem pretioſiſsimā
pro vili veriſsimam pro mendaci, vtiliſsi
mam pro inutili. Nā ſi fieri poſſet vt fons
aquæ viuæ pro fonte aquæ viuæ relinque
retur, non tāta execratione dignum erat
facinus, ſed pro ciſternis diſsipatis grauiſ
ſima vindicta facinus dignum. Ac ſi di-
ceret iterum; Si amor diuinus, pius, cer- *Expende.*

 tus,

tus, conſtans, ſanctus, vtilis, honorificus, glorioſus poſſet pro ſimili amore dimitti non tãta erat ingratitudo, ſed pro ciſternis diſsipatis, pro amore rerũ labilium, fragilium, caducarum & incertarum, obſtupeſcite cœli, ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, Amor igitur in finem, amore vſque in finem compenſabitur, diuinus humano, æternus temporaneo, quia reliqua dimittens hoc Deus cõtentus eſt quod ſolum ab homine poteſt præſtari. Nunquam enim ille qui dulcis eſt & rectus á quoquam exigit niſi quod ille præſtare poteſt, quod nõ poteſt, nunquam diuina æquitas poſtulauit quæ cũ æquiſsima ſit eſt & ſapientiſsima, Neque poſtulauit vnquam, poma gemmea á palma, aurea á malo citreo, argentea ab Amygdalo, ſed á quaque arbore fructum quem poteſt producere, ac ita amorem pro amore, ſed amorem quem tu illi ope & beneficio præſtare potes.

*Amor quomodo amore cõpenſetur.*

*De amicitia, vide tom. 4. lib. de amicitia. Chryſ. ſermo. 2 fol. 192.*

Poſt quam Diabolus: Vt atrocitas facinoris ſignificaretur, ac ſi quis vt rei alicuius atrocitatem ſignificaret inſtigatam illam diceret á Dionyſio Syracuſano, á Piſiſtrato Athenienſi, á Periandro Corinthio, á Traſibulo Mileſio á Caligula, á Nerone, ſimul & ſignificans, nullum eſſe ſtatum, nullius conſortium in quo non oporteat á tanto hoſte caueri, quando Iudas culpa ſua caſus eſt in ſtatu, & conſortio Apoſtolico.

*Tyranni immaniſſimi.*

*Tirimmã xi ſer. 30*

*Vbique vigilãdũ*

Surgit á cena, &c. Plane hic ſemper mos fuit obſeruatus, vt tantus honos deberi crederetur menſæ vt vix communis homo ab illa ſurgeret. Sed vt oſtendat quæ negotia quibus ſint præferenda, & quantò ſint illa maiora quæ ad refectionem animarum ſpectant, quam quæ corporum, & vt det prælatis, paſtoribus, parrochis & omnibus quibus cura commẽdata eſt animarum exemplum ipſe, omnipotens, ſũmus, immẽſus cælituum gloria ſurgit a cena, vt ſurgant qui illius eſſe imitatores cupiunt, neque quid excelſum feciſſe exiſtimant, nam ſurrexit ante illos qui plus excelſior illis eſt quam cœlum Abyſsis. Sed rogo quando non ſine ſummo conſilio ſcripta ſunt, tu tum maturo cõſilio iſta verba expendas

*Quæ res quibus præferendæ.*

*Exemplũ Chriſti.*

 ſurgit,

*Verba ingenti digna cōſideratione.* Surgit, ponit, præcingit, mittit, cępit lauare & admirare iſta omnia facta á Ieſu, ſine alicuius miniſterio perſonæ, ſurgit ille á cęna, ponit ille veſtimenta, præcingit ille ſe lintheo, mittit ille aquá inpelgit ille ſe lintheo, mittit ilie aquá inpeluim, cępitque ille ipſe lauare pedes diſcipulorum, vt interim illorum hominū ignauiam admirere qui ex illis ipſis quæ ad ſeipſos ſpectāt, nihil illi per ſe faciunt, ſed idolis ſimiles, cum ad mala ſint illi ro- *Hominū idola.* buſtiſsimi veſtiuntur, cinguntur, exuuntur, & alio aquam mittenti lauantur, tantus habet illos faſtus. Sed exigua ſunt iſta, quæ plane voluit Chriſtus, optimus *Expende.* Maximus ſignificare epiſcopis, & Eccleſiæ prælatis etiam & inferioribus animarum paſtoribus illud fuit omnino, vt in his quæ ad animarū mundiciem quomodocunque ſpectant, ſurgant ipſi, veſtimenta ponant, & operi ſe accingant. Et ne honoribus cum gaudeant onera illis adnata in alienos humeros illi rejiciant vt paſsim, proch dolor, hodie fit, in humeris ſummi ſacerdotis proprijſque humeris erunt filiorum Iſrael nomina. *Exod. 28*

*2. Cor. 11* Pręter ſollicitudinē omnium Eccleſia- rum



rum (ait Apoſtolus) ſeque habere illam dicit, id etiam ſignificat vox illa: Qui præeſt in ſollicitudine. *Rom. 12.*

Aut alioqui ipſis pace gaudentibus nō tollant militantium ſtipendiū, illis oues nō paſcentibus non māducent de lacte, illis non trituran tibus non ſoluatur os. *1. Cor. 9.*

Et quando fortaſſe & patiendi oneris grauitatem iſta fiunt. Fiant conſilio Iethri quod amplexatus eſt Moſes vir illis præſtantior: Prouide tibi viros de omni plebe ſapientes timentes Deum & qui oderint auaritiam. *Exod. 18.*

Et petentibus illis á Deo vt ſuum illis dignetur impertiri ſpiritum ſine quo recte adminiſtrare huiuſmodi ſpiritualia munera nullatenus poſſunt. Nequaquā in multis ita fit ſed aut quem Magnatum literæ commendarunt, aut qui viliori pretio conducitur, dictis rariſsime ſpectatis quod neque in paſtoribus ouium, neque armentorum cōtingit vnquam Chriſtus non iubet ſurgere Petrum etſi tam ſpectatæ ſanctitatis erat ille, aut ponat veſtimenta ſua ſeque præcingat: neque vt miniſtret illi, ſimul & docens quod ad mun- *Chriſtus animarū mūdator*

 diciem

diciem animarum ſolus ipſe ſufficiat neque alterius ope egeat.

*Eſai. 63.* Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum, *Apoc. 1.* de illo enim tantum illa dicuntur qui lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, *Tit. 2.* qui tradidit ſemetipſum pro nobis vt nos mundaret ab omni iniquitate, *1. Ioan. 1* aut vt mundaret populum ſibi acceptabilem ſectatorem bonorum operum, *Hebr. 1.* purgationem peccatorum faciens. In aſſumpto autem ab illo apparatu ad lauandum neceſſario, quam ſit illi gratum vt quiſquis ad opus aliquod perficiendum, & tenetur & diſponit ſe, neceſſaria ſumat vt retia piſcator: arma miles, gladium *Expendo.* iudex, baculum paſtor, dummodo neceſſarijs ſumptis pergat ad opus vt fecit ille, alioqui nihil profuiſſet ornatus, & fruſtra cœpiſſet arma miles nunquam iturus in bellum, gladium iudex nullius ſcelera puniturus, baculum paſtor in gregem nunquam iturus, quibus vtinam multi non ſint hodie ſimiles alij ne ſe deſtinent operi, nulli ſunt neque acquiſitis neque aſſumptis ex neceſſarijs ad opus, vt ſiquis lauare intenderet ſine pelui, ſine aqua, ſine lintheo, fateor ô bone, duo eſſe in hoc miniſterio quorum alterum mirum eſt a tanta maieſtate exerceri, quia ex ſe infimum, quid enim magis mirabile quam Deum *4. Re. 20* dominum lauare pedes, mirabilius hoc *4. Re. 2.* eſt quam Solem ſtare ad voces hominis iuſti aquas pallio diuidi, Ferrum enatare. *4. Re. 6.*

Alterum eſt dignum ex ſe Deo, lauare ſcilicet & mundare quid enim munditie ipſa magis dignum quam mundare, neque enim ita illius celſitudine digna ſunt, & ſi digniſsima ſint, dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat, nouit qui dixit; amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me & alloquebatur ille Deum, quin & ipſe de ſe: Laui te aqua munda, magis enim hoc proprium eſt illi quam fuit ouum herbæ, quam ſplendere luci. Cepit igitur lauare pedes diſcipulorum a Petro vt multis placet, principio ſumpto vt diſcerent reliqui deferre illi honorem quem tanti habuerat

*Mūdare, res digna deo.* *1. Reg. 1.* *Pſal. 50.* *Zach. 1.* *Malac. 3* *Lotio cur incepta a Petro.*

rat Ieſus vt cunctis illum in lotione præ-
poſuerit, ſimul & docens prius lauãda ca
pita mundanda quam reliqua membra,
quia ſæpe capitis mundicia deriuatur in
*Expende iſta.* membra, quemadmodum & immundi-
tia illius ſolet illa inquinare, præterea vt
vt ex reluctatione illius, & modo quo illa
á Chriſto victa fuit diſcerent non relucta-
ri, ſed acquieſcere ſummittereq; ſe ſapiẽ-
tiæ, faciẽtis hoc. n. gratũ eſt nimis Deo,
qui nõ vult ſua humana quis ſapiẽtia me
tiatur, ſed vt ſe ſummittant illi etiam ſi
quæ facit rationi videantur diuina, ratio-
ni plane diſonũ videbatur cuius typum
quodammodo geſsit Petrus vt munera
ſerui dominus exerceret cum ſeruis, ſi
enim id ita cum alijs feciſſet non eſſet
ita mirum, ſed vult humanam rationem
diuinæ, humanam ſapientiam, cœleſti
ſubjici inopiam ſuam agnoſcere & quã
ſit illa infantilis diuinæ ſapientiæ com-
*4. Re. 2.* parata: iuſsit ille ſalem mitti in aquam,
vt ſanaretur aqua, diſonum id videbatur
humanæ rationi, quia illo aqua corrum-
pitur & impotabilis fit, attamen ſubiecit
ſe illi & ſanata eſt aqua, ſale fit terra ſte-
rilis,



plis, vnde non ſolum in perpetuum mo-
numentum, quia ſapit illa quodammo-
do immortalitatẽ ſpargitur in hominum *Humana ſapientia diuinæ ſubijciatur.*
facinoroſorũ terram, ſed vt neq; herba
naſcatur in loco in quo tantum facinus
eſt patratum, ſed hic iuſsit Deus ſpargi
vt terrá ſterilis fructifera fiat, ſilet ad hęc
humana cum ſapit ratio & ſubmiſſa iu-
ſta facit, circundari iubet Hierico nõ
bõbardis, non arietibus vt muri corrue-
rent, quibus ratio circuiſſet humana, &
humana ſapientia, ſed clangentibus tu- *Ioſ. 6.*
bis quibus non ruere ſed firmari quodã-
modo videntur muri, ſilet humana ſapiẽ
tia, & iuſſa ſummiſſa peragit, vorat vbiq;
ſerpens Moſis Magorum Ægypti ſerpen
tes, id eſt diuina prudẽtia & ſapientia hu
manam & quæ Magorum mundi eſt.
Petrus præ modeſtia non permittit ſe la-
uari vt quõdam Centurio, quia ſupra om
nia illius merita videbat eſſe vt iret in do *Mat. 8.*
mũ ſuam & in illam in grederetur Chri-
ſtus dixit, domine non ſum dignus vt in
tres in tectum meum, Chriſtus manſuetiſ-
ſimus, benigniſsima illum emollire vo-
lens oratione, dixit quod ego facio tu ne

 ſcis

*Text.*

ſcis modo. Expende quæ dicta ſint Petro Apoſtolorum principi & maximo, quem ignorare dixit quæ & quorſum à Chriſto fierent, vt intelligas quod ſi Petrus ignorabat, rationem rei a Chriſto faciēdæ nō eſt quod hodie multi qui neq; quæ ſunt capita ſenatus Apoſtolici neq; Apoſtoli glorientur ſe noſſe omniū quæcūq; fiūt a Chriſto rationē, ſed ſibi dictū putēt: quod ego facio tu neſcis modo, ſimul vt nos totos credam⁹ Chriſto in his quæ erga nos, aut in nobis facere voluerit, nouit ille rationē quā & ſi nos ignoremus non poterit non eſſe æqua, iuſta, & nobis commoda, ſed in illis potiſsimū rebus promptiſſime nos ſubijciamus illi quæ ad noſtram per illum & illius ſacramēta purificationē expectant, non lauabis mihi pedes, hoc enim labore hodie liberant ſuos vt in plurimum prælati Eccleſiæ paſtores, non enim reddūt illos confuſos & anxios humilia præ illorum emendatione officia exercentes cū multi quæ magna ſunt committant, vt ſunt diuini promulgatio verbi, Epiſcopaliū munerum exercitatio, viſitatio gregis quos etiam certiores cupio quod tam imperfectiores illi ſūt & a debitis muneri officijs deficiunt quāto minus ſunt Chriſti imitatores. Sed hæc dilectionis de qua principio diximus virtus eſt, quæ quāto ad minus digna demittit amantē tanto maior eſt illa, nihil æque teſtatur dilectionem Iacob in Rachelem quam quod vir alioqui nobilis & Patriarchæ Iſaach filius ſeruire voluerit Labā vt cōiugio iungeretur cum illa. Et interim digna quæ de Salomone referuntur quæ impuni amoris in illū maiorē vim teſtantur illa ſunt, quod vir tantus, tam ſapiens & diues tam magnus, qui exteras nationes in ſuam admirationē rapiebat alienigenarum amore mulierum ad tāta ſe deiecerit: His itaque copulat⁹ eſt Salomō ardētiſsimo amore ait ſcriptura; quod igitur genua flectat & pedes lauet ſeruorū ſuor⁹ & oīs eius Salomō vim manifeſtat amoris in homines effuſi. Quā ſit hodie paſtorū in ſuos amor, aut nullus aut tepidus ille teſtatur exigua quę præ illorū amore faciūt, vim fortitudinē teſtatur & quā ebrietas potantiū illud ſi bono ſint alio-

*Credendum in omnibus Christo.*

*Text.*

*Doctrina virtutis.*

*Dilectionis vis quando maior.*

*Gene. 27. & 31.*

*3. Reg. 11*

alioqui cerebro, teſtareturque prælatorũ &paſtorum in ſuos amor, aut difficultas, aut labor, aut humilitas, aut ſumptus operum quæ illorum ob amorem ineunt, vt teſtatus fuit Pauli, tot modis ſe transfor-
1.Cor.12. mantis pro ſuorum ſalute, tot pericula obeuntis, ſibi ipſi non parcentis, nihil ex
2. Cor.5. ſibi vtilibus quærentis, ſed quæ illorum vtilitatem ſapiebant, nam cum liber eſ-
Rom.12. ſem ex omnibus omnium me ſeruum feci, vt pluris lucri facerem, factus ſum Iudæis tamquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer, his qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem, cum ſine lege Chriſti nõ eſſem vt eos qui ſine lege erant lucrifacc-
1.Cor.9. rem omnibus omnia factus, vt omnes facerem ſaluos, ac tãdem optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſi debita iſta præſtitiſſent obſequerentur eiuſdem Apoſtoli illis, attende tibi & doctrinæ hoc enim faciens & teipſum ſaluum facies & eos qui te audiunt, quod vt nobis cõtingat, precamur Deũ.

**PROSECVTIO.**

SCitis quid fecerim vobis? Tãtum malum ſuperbia eſt, aut tantum bonum hu-



umilitas vt ad dedocendam illam & ad ocendam iſtam ad tantam ſeſe demit-
t humilitatem qui ſummus eſt? omni- *Comendatio humilitatis et deteſtatio ſuperbiæ.*
o ingens malum ſuperbia eſt quemad-
odum, & magnum bonum humilitas,
m præterquã quod inimiciſsima Deo
t facit in bona omnia opera quod diui
o metu facere noluerunt obſtetrices in
gypto, omne ſemen maſculum interfe
t, quidquid muliebre eſt ſeruat interfe-
t quidquid ſapit ſpiritum, fouet quid
uid ſapit carnem, fera eſt vaſtans omne
æleſte germẽ, quod in hortis animi ori
r & merito euacuans quidquid lauda-
ile cũ illa ſit, vnde egregia illa ſunt cæ
ra vitia ſolas illas vitutes impetunt qui
us ipſa deſtruuntur, vt luxuria pudici-
am, ira patientiam, ſola vero ſuperbia *Hugo li. 2. de anim*
ontra cunctas animi virtutes ſe erigit.
x hoc cognoſces quanta ſit vnius perni
es & alterius quanta ſit vtilitas; quando
on hoc exemplo tantum & hæc ex illo
ollecta doctrina dedocta eſt illa & do-
a iſta. Sed ex toto vitæ Chriſti diſcur-
u, totaque doctrina illius & ſi hoc opus
m maioris dilectionis indicium & vt fir *Mat. 11.*
niius

*Vide Aug ſer. 22. de verbis apoſt. & ſerm. 10.*

mius hæreat memoriæ in hoc ille tempus reſeruauit. Vnde cum ille dixit: Diſcite a me miratus Auguſtinus magna eſt loquutus.

*Cur docuit humilitatē diſcipulos.*

Sed cur iſta docuit diſcipulos imprimis vt illi eadē docerent qui orbis futuri erāt magiſtri nam humilitas futura erat velut vas quodam aut receptaculum prædicandæ doctrinæ, & veluti foſſa quædā in qua iaciendi erant diuinæ ſtructuræ lapides, etiā qui aut vtilis & commoda ſit doctrina quod maxime neceſſarium magiſtro eſt odium eſt ſuperbiæ & humilitatis amor, tunc quærunt illi non quod ſibi vtile eſt ſed quod multis vt ſalui fiāt tunc cum Paulo non ſunt in ſermone adulationis neque in occaſione auaritiæ Deus teſtis eſt, neque quærētes ab hominibus gloriam, tunc poſt omnia diligenter peracta dicunt ſerui inutiles ſumus quod debuimus facere fecimus, tunc neque opes appetunt quæ in ſolentiæ ſunt inſtrumēta, neque honores quia & illos inanes eſſe norunt & adhuc ſe illis indignos præ humilitate cenſent. Tunc cum humiles illos videat populus, & magna facientes,

*Humilitatis ſimilia.*

*2. Cor. 12 & 1. Cor. 10. 9. & 1. Theſ. 2. Rom. 3. 6*

*Humilitas magiſtris neceſſaria.*



& magna prædicantes magis miratur illos & maiorem habet apud illos doctrina autoritatem, & etiam quia hac erat opus illis ſummiſſione ſi reuelāda erāt illis myſteria cęleſtia quę poſtea populum erant docturi, quæ non niſi paruulis reuelantur.

*Mat. 11. & Pſal. 18. & 118.*

Præterea vt hæc poſtremo docta a ſummo magiſtro doctrina, altius illorum animis infigeretur quæ pacis, dilectionis & vnitatis inter illos erat cauſa futura. Quemadmodum .n. illa certa ſunt quod ſunt ſemper inter ſuperbos iurgia quia in multis cōtēdunt illi quorum vterque potiſſimam partem vellet quia præ animi elatione alium illa indignum, ſe dignum iudicat, id certum eſt quod non ſunt iurgia inter humiles quia alter alteri cedit & ad quanq; rē, aut magis dignū aut magis aptū reputat alterū. Præterea vt oſtēderet quod hæc doctrina a magiſtro tāti habita, cōmēdata, & docta, erat potiſſimū docēda ab illis, & diſcipulis quos ad fidē cōuerterēt cōmēdanda veluti quodā pietatis Chriſtianæ fundamētū, & communis pacis & tranquillitatis

ratio

*Prou. 13.*

*Iurgia non ſunt inter humiles.*

ratio futura. Nam quemadmodum nihil ſufficit ſuperbis, & ideo quo magis diuites ſunt ditiores eſſe laborant, & hinc illi audent auaritiæ, quo magis honorati magis honoratiores & ſic feruent ſemper ambitione, humilibus pauca ſufficiunt & ita mores habent ſine auaritia, & alios in humilitate ſuperiores arbitrãtur, & vt mare ſine ventis quiete viuunt. Ego vos,

*Heb. 13.*
*Phil. 2.*
*Text.*

Vtranque vocem perpende & perſonarũ diſcrimen mirare, illas item: feci & faciatis. Ego, non ſolum dominus & magiſter quibus nominibus vos me appellaſtis laui pedes veſtros qui diſcipuli & ſerui [illegible] tis, ſed dicere potuit. Ego quem adorant Angeli, cuius ſunt coeli, cui feruiunt [illegible] cta, ego laui non manus, non capita ſed pedes veſtros, qui piſcatores eſtis, & vos humilitatis officijs vnus quiſque in alterum contendere debetis, hoc enim ſignificat; & vos qui qui ſitis agnoſcitis debetis alter alterius lauare pedes; exemplum enim dedi vobis vt quemadmodum ego feci ita & vos faciatis, dicere facile [illegible] de tantos reperimus paſſim dicentes [illegible] cere difficile vnde tam rari inueniuntur facientes; ita Lactantius (quem vt legas rogo) homines enim malunt exempla quam verba, quia loqui facile eſt præſtare difficile. Prius diſce qui doces & ante quam mores aliorum corrigas tuos corrige, in quos multa illa non ſanctorum tantum, ſed Senecæ & aliorum dicta credas, comparauit iſtos ſcriptura, æri ſonãti aut Cymbalo tinnienti qui ſine ſenſu ſonos edunt, & ita illi, ſine ſenſu, ſine guſtu, tinniunt quæ loquuntur, qui ideo in ſeipſos peroraſſe dicuntur á multis, nõ amant illi quæ dicunt neque odio habẽt quæ dicendo deteſtantur: Vnde egregia eſt illa Origenis doctrina ſicut pontifices cum offerebant neceſſario erat eis prouidendum, neque macula ineſſet hoſtiæ, ita & qui Euangelium ſanctificat, & verbum Dei annuntiat, ſed vt ita dixerim ſi fieri poteſt ſemetipſum primo immolet, ſe primum vitijs iugulet, & in ſe prius peccati membra mortificet, & Seneca de humana ſua ſapientia loquens & de humano magiſterio:

*Hebr. 6.*
*Pſal. 88.*
*Pſa. 118.*
*Text.*
*Lactant lib. 4. de ver. ſap. c. 23. & 24.*
*1. Cor. 13.*
*Orig. lib. 10. in epiſt. ad Rom. cap. 16.*

Eum elige doctorem quem magis admireris cum videris quam cum audieris om-

*Seneca epiſt. 9.*

omnia facta & dicta noſtra inter ſe congruant ac reſpondeãt ſibi; non eſt hic animus in recto, cuius dicta & facta diſcordant, quod ſentimus loquamur, quod loquimur ſentiamus, concordet ſermo cum vita, ille permiſſum ſuum impleuit qui cum videas illum & cum audias idẽ eſt, id abſolutiſsimus magiſter Chriſtus fecit, & ideo digniſsime dixit vt quemadmodum ego feci ita & vos faciatis, quod qui præſtiterint magiſtro ſuo optime fungentur munere, & ſperandum eſt euenturum illis quod Timotheo dixit Paulus hæc enim faciens, & te ipſum ſaluum facies & eos qui te audiunt.

*Vide lact. li. 4 de vera. ſap. 6. 24*

SALV-



*SALVTATIO.*

*NVnquã neque maiora neq. præſtantiora: neque magis neceſſaria conceſſere cæli ſolo, neque cælorum autor, homini quam illa ſunt quæ conceduntur hodie, oportet ſperemus gratiam vt enuntiemus & miremur illa & ex illis oblatam vtilitatem & gloriam cupiamus, quitque impetratrix Maria in quã cumulata adfuit Aue Maria.*

# De incarnatione.

EST tanta ſacroſancti huius myſterij celſitudo, tanta maieſtas, debeturque tãta reuerentia illi, vt digniſsime Moſi ipſi viro alioqui tot modis grato, & cõmẽdato Deo, dici poſſet ſi ad agẽdũ ꝗ illo acceſsiſſet apud ſe dicẽs: vadã, & videbo viſionem hanc magnam, ſolue calceamentum de pedibus tuis locus enim in quo

*Maieſtas myſterij.*

*Exod. 3.*

 ſtas

ſtas terra ſancta eſt. Nihil hic humile, ni
hil deiectum, & quod calceamēta ſapiat
Moſes hic eſt, cuncta excelſa, cuncta ſu-
blimia, cuncta diuina, cūcta omnia quæ
á ſeculo fuere myſteria ſupra modum ſu
perantia, non valent hunc ſplendorem
ſpectare aquilæ oculi, non illius altitudi-
nem pernices illius pennæ euolare, nō
datur ſummo ſacerdoti in hęc ſancta ſan
ctorum ingreſſus, fidei, & humilitati per
mittitur ingreſſꝰ, vt adoret, vt ſubdita ſib
vt iſta demirans ſpiritus deſit illi, decrit
cum maiori cauſa quam Sabeorum regi-
næ defuit, defuiſſetq; Salomonis ſapien-
tiæ quæ ratio defectionis fuit in regina.
*3. Re. 10* Nulli enim magis opus hoc mirabilium
omnium magis mirabile mirātur quam
ſapientes, ſtultus enim non intelligit hęc,
*vide, d.* mirantur maxime & ingenti cum ratio-
*Greg. lib.* ne quod tam fuerit in hominem diuina
*mo. 9. ca.* effuſa benignitas quod proprijs illū ma
*36.* nibus condiderit, cum iuſſu ille, & impe
*Pſal 118* rio vt reliqua omnia fieri potuiſſet, quod
*& 106.* ad ipſius imaginem ita vt ſe ipſum effin-
xiſſe & expreſiſſe quodamodo videatur
*Gene. 1.* in illo, mirātur quod tot dotibus illum
in



inſigniuerit, ditauerit, nobilitauerit, vt
magnum fuerit miraculum, etiam ab hu
manis ſapientibus apellatus ille, miran-
tur quod in illius gratiam cęlos vt pellē *Abdalā*
extenderit, terram ſuper ſtabilitatem fun *Sarrace-*
dauerit, luminaria illa magna condide- *nus.*
rit, & admiratione correpti vt paucis tan
ta complectantur ita dicunt, domine do
minus noſter, quam admirabile eſt no- *Pſal. 103*
men tuum in vniuerſa terra quid eſt ho
mo quod memor es eius, aut filius ho-
minis quia reputas eum, minuiſti eum
paulo minꝰ ab Angelis gloria, & honore *Pſal. 8.*
coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper
opera manuum tuarum, omnia ſubieciſti
ſub pedibus eius, ſed quemadmodum or- *Præſtan-*
to Sole, manent quidem ſtellæ, ſed non *tiam my*
apparet ſplendor illarum ita orto iſto ſu- *ſterij pro*
premo beneficio in hominum amorem *batam ſi-*
& gloriam ingenti cum clementia factū *milia.*
manent quidem reliqua beneficia, ſed
tanti beneficij ſplendore non apparet il-
lorum nitor, reliqua enim opera quæ om *Pſal. 11.*
nia hominum beneficia fuere, in nume-
ro, pondere, & menſura ſunt facta ſiue cę
lorum illa ſint, ſiue ſtellarū, ſiue aquarū,

 dicen-

dicentem Dauidem audis: Verbo domini cæli firmati ſunt, audis: Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat, audis: Legem ponebat aquis ne tranſirēt ſinus ſuos. Audis: Quādo appendebat fundamenta terræ cū eo eram cuncta componens, quando librabat fontes aquarum. Quę omnia & ſi maxima ſunt, in numero pondere & menſura fuiſſe facta ſonant teſtimonia dicta. At hoc opus ſine numero, ſine pondere, ſine menſura eſt omni numero maius, omni pondere grauius, omni menſura excelſius, de huius myſterij celſitudine ita Auguſtinus: Si ratio queritur non erit mirabile, ſi exemplum poſcitur non erit ſingulare, demus deum aliquid poſſe quod nos fateamur inueſtigare non poſſe, ni talibus rebus, tota ratio facti eſt potentia facientis fuerunt quidem mirabilia illa quod ſine patre fuerit Adā, quod ſine matre Eua, ſed fuere mirabilia in creaturis hoc autem mirabile eſt in creatore & creaturis. Fuit quidem mirabiliſſimum quod ſuo alloquio dignaretur Deus Moſem, & dignaretur data ab illo lege

*Pſal. 103*

*Prou. 8. d.*

*Auguſt. epiſt. 2. ad voluſ.*

*Exod. 19*



lege populum, & fulgura illa & tonitrua ideo edebantur vt deſcendentis maieſtas nota fieret, & magnitudinem beneficij illa ſonarent, ſed dabatur lex quidem a Deo, legis autem magiſter creabatur homo, in hoc autem adorando beneficio deſcendit Deus ſicut pluuia in vellus, ſine fulgure, ſine fumo, ſine tronitruo, deſcenditq; ipſe daturus legem homini & ad docendum illam illum. Quantum honoris glorię & commodi ſupremo iſto beneficio fuerit præſtitum homini. Et ſi nullus ingenio aſſequi poſſit, teſtantur hominis dāna, calamitates, miſeriæ quorum omnium fuit magnificentiſſima reparatio, teſtantur & plena honoris & gloriæ commoda innumera alia, ægrotabat homo, & morbo ſoli Deo ſanabili, hoc beneficio factus fuit homini Deus medicus, iſta magni habens Gregorius ait: Iuſtus igitur atque inuiſibilis Deus apparuit, ſimilis nobis homo vt dum videretur ex ſimili curaret ex iuſto, & dum veritate generis concordat ex conditione, virtute artis obuiaret ægritudini.

*Pſal. 71*

*Beneficij magnitudinem teſtatur dāni reparatio.*

*Vide Gregor. li. m. 24. c. 1.*

*Gal. 3. &* Captiuus erat homo, venit ille libera-
*4. & ti.* tor, vēditus erat homo, venit ille redem-
*2. &* ptor, ſpoliatus erat homo, ſanauit, ditauit
*Apo. 5.* induit, in luto fæcis erat homo eduxit
*Luc. 10.* ex illo & ſtatuit ſupe: petrā pedes illius,
*Galat. 3.* & direxit in gloriam greſſus, in ſtercore
*Pſal. 39.* iacebat homo erexit illum, & colloca-
*1. Reg. 1.* uit cum principibus, cum principibus
*2. Cor. 8.* populi ſui, premebatur inopia homo, pro
*Joan. 1.* pria illum ditauit inopia, in tenebris erat
*& Lu. 1* homo, illuminauit illum oriens ex alto,
*Vide la.* laborabat ignorantia homo, docuit, in-
*lib. 4. de* ſtruxit, & diuina ſapientem reddidit, erra
*ver. ſap.* bat ſicut ouis homo quæritur homo, Ber
*c. 24. &* nardus: venit medicus ad ægrotos, redem
*25.* ptor ad venditos, ad errantes via, ad mor
*D. Bern.* tuos vita, & quod omnia mala iſta ſupe-
*ſerm. ad* rabat inimicus erat Deo homo, factus
*milit. tē-* fuit illi reconciliatio. Fuit hoc benefi-
*pli.* cio ſupra omnem nobilitatem nobilita-
*Epheſ. 2.* tus homo, & ſupra omnē honorē exalta-
*Exalta-* tus, magna quidem illa quæ fuere viris
*tio homi* præſtantiſsimis, & maioribus dignis præ-
*nis.* ſtita. Danieli cum purpura indutus ad
*Dan 5.* ingentes honores eſt eleuatus, Mardo-
*Heſt 6.* cheo cum regio decoratus eſt honore,
Ioſeph

Ioſeph cum ſubiecta illius imperio eſt *Gen. 41.*
tota Ægyptus, ſed nequeunt magna dari
à paruo, cuiuſmodi rex omnis eſt, cuius
ſubſtantia tāquam nihilum ante Deum,
quæ autē paruo data fuere á ſummo Deo
illa ſumma ſunt, ſumme honorifica, ſum
me glorioſa, vt ſunt illa quod filius Dei
eſt homo, & homo heres Dei, coheres au
tē Chriſti, quod hominis natura copula *1. Joan. 3*
ta fuerit Deo, nō vt Heſter Aſſuero ex cu
ius connubio tanta fuere deriuata popu- *Heſt. 2.*
lo ſuo commoda, liberatus enim ille fuit
ab afflictione, á metu, á morte, ſed diuino *Heſt. 6.*
iuncta illa ſuppoſito vnione vnionum
omnium mirabiliſsima ſine vtriuſq; cō-
mixtione.

Sed beneficium quo iſta ſunt prædita,
cum grata animi ſummiſsione, nudis pe
dum affectibus omni humana ſapientia
reuerenter expendamus. Sed etſi magni- *Dilatum*
tudo beneficij huius ita magna eſt vt ne *cur bene-*
queat illius celſitudo animo concipi, vi- *ficium in*
detur quod maioris eſſet illa liberalis di- *carnatio*
lectionis indicium, ſi non fuiſſet tantope *nis.*
re dilata, nam illa beneficia tanto gratio
ra ſunt quanto celerius neceſsitatem pa-
L l 5 tienti

tienti ſuccurrunt, illius precibus mini-
me ſpectatis. Hoc datur gloriæ regibus,
Heſt.5. a quorum aiunt conſpectu nullus diſce-
1.Re.25. dere debet triſtis, vt in rege Aſſuero er-
Prou.3. ga Heſter, in rege Dauide erga Abigail,
quin & de amicitia illa ſunt: Ne dicas
amico tuo vade reuertere cum ſtatim poſ-
Expende. ſis dare.

Vnde ſi nomine beneficij huiuſmodi
diuinum munus velis appellare hoc fuit
omnium maximum & maxime neceſſa-
rium, ſi eleemoſynę nomine nulla ma-
gis neceſſaria, neq; vnquam pauper fuit
tantopere eleemoſynæ indigus vt hac in-
diguit eleemoſyna humanum genus.
Non erant igitur iſta differenda & præ-
ſertim à Deo qui ſumme miſericors cum
ſit eſt etiam ſumme liberalis, & qui mini-
me neceſſariam ſuam opem ſuis differt,
ſed eſt prope omnibus inuocantibus
Pſ.134. eum, eſt iuxta omnes qui tribulato ſunt
Pſ.4. & corde, eſt cum ipſis in tribulatione, &
30. deſiderium pauperum exaudit. Ratio-
nem huius dilationis explicat magnus
Leo, quæ omnino fuit vt cumulatius fie-
ret, pars enim beneficij eſt debito cum
ſit

ſit illud tempore quemadmodum & ob- D. Leo.
ſequium facit gratius, & ſplendidius vt ſer.30.
notauit Dauid in obſequio Berzelai. de natiu.
Hanc opportunitatem appellauit Apo- 2.Re.17.
ſtolus plenitudinem temporis: Vbi ve- Gal.4.
nit plenitudo temporis miſsit Deus fi-
lium ſuum.

Optato igitur aduenienti tempore, tan-
topere à Prophetis, Patriarchis, regibus
& vniuerſis hominibus deſideratum & Exod.1.
expetitum, non erat priuatus populus ex & pſ.67
Ægypto educendus, aut eſt Babylone li- & 135.
berandus, ſed totus Orbis, totius enim
vna erat ſeruitus, totius vna captiuitas.
Miſſus eſt Angelus Gabriel, ſed quæris Cur An-
cur Angelus miſſus quem mittere debet gelus miſ-
ad magna negotia rex terrenus, niſi è ſus.
nobiliſsimis quos habet ſeruis, ſeruũ ter- Exod.4.
renum? Quē rex cęleſtis niſi ſeruum præ-
ſtãtiſsimũ quē habet ex cęleſtibus? Aut
quomodo cęleſte ac diuinũ hoc eſſe myſ-
teriũ magis manifeſtaretur, quam legato
miſſo cęleſti & diuino, cũ legatꝰ mittitur
terreſtris à Deo ad terreſtre negotiũ opor-
tet inſigne aliq̄d diuinũ ferat illũ vt fides
illi habeatur, & adeò miſſꝰ credatur vt tu-
lit Mo-

Moſes virgam. Quid ſi humanus ad il
munus legatus mitteretur, quod totum e
rat excelſum, cœleſte, glorioſum diuinum?
Decuit igitur maxime Angelum mitti
vt cœleſte agnoſceretur, è quo cœleſti do
mino, & vt pura omnia cœleſtia Deo,
& Angeli legatione digna & eſſent & cre
derentur, miſſo Angelo a quo nihil pote
rat ſpectari non Angelicum, & miſſo á
Deo, á quo nihil poterat ſpectari niſi di
uinum, rogat virgo: Quomodo fiet iſtud?
quid fieret ſi Angelus nõ fuiſſet miſſus.
Miſſus igitur á Deo eſt, illius enim erat
vt ſic dicamus negotium, qui miſericor-
dia motus modo mirabili & mirabiliter
homini glorioſo, homini perdito decre-
uerat ſubuenire. Neq; quidquã eſt quod
huius beneficij momentum magis mani
feſtet ſummum eſſe quam huiuſmodi le-
gatio Angeli miniſterio á Deo virgini in
comparabili miſſa. Miſſus autem eſt nõ
*Exod.* 14 vt Gedeon alloquatur, non vt cum Ia-
*Iudi.* 13: cob colluctetur, non vt comitem ſe viæ
*Geneſ.* 32. prebeat Thobię, non vt flãmas diſcutiat
*Dan.* 3. in camino ignis Danieli, erant iſta bene
neficia magna quidẽ & priuatæ dilectio-
nis



nis, & curæ quã Deus habet ſuorum ma-
nifeſta iudicia vt ſperare diſcerent in il-
lo omnes illum quærentes, hoc autem
beneficium eſt ingens, in vniuerſum mũ
dum diffundendum, quia omne illud ita
eſt opus vt nequeat ſine illo non perdi,
& rerum omnium miſeram iacturam fa-
cere. Miſſus igitur eſt Angelus Gabriel. *Angeli nomen.*
Dignißime Angele tuum nomen eſt
expreſſum, dignißime nobis commenda
tum, nã quæ tibi dari maior ſplendidior,
aut excelſior gloria potuit, Quam quod
e tot myriadib⁹ Angelorum ad omniũ
legationũ quæ è cęlis in terras factæ ſunt
legationem præſtantiſsimam á Deo eli-
geris, explicetur igitur tuum nomen, &
æternæ detur memoriæ, mandetur diui-
nis literis, fiat cunctis ſæculis notum, ho
noris enim gratia legati, miſsi ab He-
bræorum populo ad Romanum, proprijs *1. Mac.* 8
nominibus appellantur, elegit Iudas, Eu
polemũ, filium Ioannis filij Iacob, Ia-
ſonem filium Eleazari, & miſsit eos Ro-
mam conſtituere cum illis amicitiam &
ſocietatem, & vt ſciat humanum genus
quantopere tibi ò Gabriel teneatur, ſitq;
illi

illi nomen tuum dulce, ſuaue, amabile, honorificum teq; omni quo poterit modo colat, illud. Quãdo feliciſsimi illi opi tatiſsimi, glorioſiſsimi, nuntij legatus & interpres extitiſti, ſemper enim grati fue re etiam in humanis negotijs felicium

*Gen. 45.*

eeuentuum aut inſignium beneficiorũ nũ tia qui ferunt, vt qui retulere Iacob vi

*Iudi. 13.*

uum eſſe Ioſeph, & regno apud Ægyp tios potientem, qui obſeſſæ ab hoſtibus, Bethuliæ victos nuntiauit hoſtes glorioſa Iudith manu amputato Holoferni ca

*Certa ſimilitũ veritas.*

pite. In ciuitatem Nazareth. Cum pon derantur argentum & aurum, quia metal la pretioſa ſunt etiam ſcrupulorum habe tur ratio, ac ita cum graue & magni mo menti eſt negotium & nominum, & lo corum, temporum, etiam & perſonarũ ratio habetur, neque rei eſt ſcrupulus de quo ratio non habeatur, poſſet id multis probari exemplis, huius nobis autoritas ſufficiat omnem omnium autoritatem ſuperantis, in quo dicta omnia conſide rare licet, & maxime & meritiſsime id fit, in rebus & lętis & glorioſis, nam in his quę ignominiam ſapiunt & loca mul ti & nomina ſuprimunt, aut ſupreſſa cu iunt.

*Text.*

In ciuitatem Nazareth, ſi patriæ ſemper gloria fuit inſignes genuiſſe viros,

*Patriæ gloria.*

genuiſſe & fœminas, vt genuiſſe Dauidem, genuiſſe Salomonem, Sanſonẽ, genuiſſe Ioſiam, genuiſſe Rachelem, Abigailem, Heſter, Iudich de qua canunt ci

*Heſt. 13.*

ues: Tu gloria Iſrrael, tu honorificentia populi noſtri, & vt ex noſtris adducamus aliqua, ſi ingenti gloriæ eſt Toleto

*Toletum*

genuiſſe Illephonſum, habuiſſe Eugenium, & Leocadiæ virginis purpureo fuiſſe ſanguine decoratam. Si Hiſpali

*Hiſpalis*

habuiſſe Iſidorũ, Leandrum Iuſtum & Ruffinam, maiorique iſta ducit gloriæ quam quod Hiſpaniæ nomen dederit, ſi Complutum ſummo ducit honori flori-

*Cõplutũ.*

dos genuiſſe adoleſcentes, Machabeis adoleſcentibus præſtantiores, Iuſtum & Paſtorem, quantæ dabitur Nazareth Mariam virginem ſanctitate, puritate, & præſtantia plus illos ſuperantem, quã Sol accenſæ lampadis lumen, genuiſ-

*Gloria Nazareth.*

ſe Ieſum æterno vnigenitum Patri, ſoli & cœli, decus: Cœleſtium glo-

riam,

gloriam, terreſtrium Redēptorem, excel-
lit igitur vera gloriá Nazareth omnes or-
bis vrbes & ſi venas habeant illæ argen-
teas, & aureas, etſi Adamātes ſmaragdos,
& omne pretioſi lapidis genus gignant il-
læ, genuerint etiam omnes Alexandros,
Cæſares, phaneones, Arthaxerxes, & Au-
guſtos omnes, Octauias, Iulias, Arthemi-
ſias genuerint. Digniſsime igitur ab Eua-
geliſta nomen illius ſacris mandatum eſt
literis, ſciant igitur iam quod poſtquam
á Chriſto optimo maximo tanti habita
eſt puritas, virginitas, honeſtas & virtus
omnis, quod non apud illū pretioſæ ſunt
*Vrbes quæ pretioſiores Deo.* magis vrbes plures ditiores & nobiliores
viros aut fœminas habentes, ſed quæ pu-
riores & modeſtiores habent, etiam ſi nu-
mero & diuitijs ſint inferiores, amæniſsi-
mum erat ciuitatum ignominioſi nomi-
*Geneſ. 13.* nis ſolum, ita vt paradiſus præ illius vber-
tate & amenitate diceretur, erantque illæ
dites & numeroſæ & pluſquam ſoli vber-
tas & ciuium multitudo innumerabilis,
*Gen. 18. & 19.* viri decem probi haberentur quorum et
ſi rarus eſſet numerus, tanta apud Deum
eſſet autoritas vt illorum gratia toti nefa-
ria



ria ignoſceretur multitudini. Ad huiuſ-
modi vrbem orbis illo tempore decus,
Angelus miſſus eſt, ad virginem, omni-
no hunc virginitatis candorem niue ma
gis albam oportebat habere fęminā quæ *Virginitatis decus.*
Dei mater eſſet futura? Si Salomoni regi
lectulus erat floridus, ſi thronus ebur-
neus, ſi cōcluſus hortus, ſi fons ſignatus, *Cant. 1*
cur non eſſet vterus qui Deum erat intra *Cant. 4.*
ſe habiturus roſeus, floridus, eburneus, *Eſai. 43.*
clauſus, ſignatus? Aut cur qui tot noua *& 62. et*
faciebat ſuper terram, hoc quod tantope *65. &*
re fieri oportebat fiebatq; ſibi non feciſ- *66.*
ſet nouum? Mirabilius quidem erat Deū *Hier. 31.*
hominem fieri, quam ſine homine ex vir *2. Cor. 5.*
gine naſci, cuius partus decus adderet &
candorem matri, cur omnipotens qui pri
mū iſtud hominum amore faciebat, hoc
ſecūdum proprio ſuo amore nō faceret, *Exod. 25.*
ex lignis Sethim odoriferis & incurrup-
tibilibus fieri iubebat arcam māna habi
turam, quorſum ex corruptibilibus arca
fieret habitura Deum? Ex terra virgine
primus Adam peccato obnoxius immo,
qui totam humanę naturę maſſam pecca
to infecit, formatus eſt. Et non formare

Mm tur

Gen. 2. et 3. tur ex virgine, cœleſtis Adã, qui non tã tum peccato erat cariturus veruntamen puritate ſua peccata abluturus? Ex auro puriſsimo, multa fieri præcipiebantur in Exod. 25 & 37. et 39. antiqua lege, vt candelabrum, oraculum, intinabula, qui igitur ad inferiora iſta tanto puritatis & munditiæ capiebatur amore, cur ad ſummum iſtud non caperetur, omniq; auro pretioſiorem, & mũdiorem vterum eligeret virginis?

Huius quidem myſterij omnino figura fuit præceptio prophetæ illa, quãdo quęrente populo quod terra eſſet ſterilis, & aquæ peſsimę dixit propheta afferte mihi vas nouum, fuit enim virginis vterus vir4 Reg. 2 gineus, vas nouum, in quod æterni verbi ſal eſt immiſſus, qui poſtea omnium populorum ſanauit aquas, & omnem terrã ſterilem quod in ſe fuit reddidit fructiferam, tandem cum diuino fuit conſilio decretum Verbum homo fieret, nulli dubium quin è fœminis illa elata eſt, quæ omnes fœminas puritate vinceret, & illã Puritas virginis. prædita fœminarũ conditione, quæ ſanctior, quæ purior, quæ cãdidior, quæ Deo ſimilior, cum illa ad id ab æterno fuerit ele-



electa, vnde cum dicitur quod ſapientia ædificauit ſibi domum: hac dicẽdi phra- Prou. 9. ſi explicatur quidquid decoris, pulchritudinis, candoris, maieſtatis, gloriæ non humana ſed Angelica concipi poteſt mẽte, nam ſi potentia ſine ſapientia illã ædificaſſet errare forſan potuiſſet etſi ſine potẽtia ſapientia deficere quidpiam, ſed eſt ſapientia omnipotens, & omnipotẽ Expende. tia ſapiens, omnibus igitur numeris abſoluta illa eſt, neque id explicat quam fuerit omni re pretioſiſsima ornata: quod maxime explicat illud eſt, quod ædificauit illam, non Dauidi, nõ Salomoni, nõ fœderis Arcæ ſed ſibi cuius ſapientię non Pſ. 146. eſt numerus, ſibi cuius magnitudinis nõ Pſ. 142. eſt finis, ſibi cui nomen omnipotens, & Pſ. 134. qui omnia quęcunque voluit fęcit in cęlo, in terra, in mari & in omnibꝰ abyſsis, ſibi denique qui Deus eſt, primo homi- Geneſ. 2. ni condidit paradiſum Deus, ſibi quid in virgine condidiſſet? De viris pijs vt dę Eccl. 50. Simone Oniæ filio dicitur:

Quaſi ſtella in medio nebulæ quaſi thus redolens in diebus æſtatis quaſi lilium in tranſitu aquæ, quaſi vas auri ſo-

 lidum

lidū ornatus omni lapide pretioſo quid de ſanctorū domina dicetur? Illa in medio effulſit nubulę plus omnib⁹ ſtellis il-

*Virginis encomiū.*

la, ſuauiſsimum cęli odorem per omnem ſparſit Orbem, illius puritas ita omnium omnem puritatem excelluit, vt merito dicatur illa lilium in tranſitu aquæ, illa vas. non fictile, non ferreum, ſed aureum, neque innane illud ſed ſolidum omni virtutum lapide pretioſo ornatum, cui cum omnes in ornatum cōcederentur, cur virginitatis Adamas erat defecturus, purior fuit Aurora, mundior aqua chryſtallina,

*Benemeritæ de virgine laudes.*

*Eccl. 24.*

nitidior Sole, vitis illa fuit commodiſsima mundo quæ Chriſtum botrum nobis protulit cuius fructus honoris & honeſtatis, qui enim honor maior quam mater Dei fieri, aut quæ honeſtas quam quod virgo & conceperit, & pepererit diuino opifice ſpiritu, Chriſtus omnia ſuo aduentu ſanctificat, omnia nobilitat, omnia honorificat, virginitatem prætulit matrimonio, ſed deſponſatam voluit matrē & vt honorificaret illud & omnia ſua & a ſe inſtituta doceret, placereque maxime virgines illi, & qui Angelos imitantur in terris carnem non ſapientes, cū in carne ſint placere item, & qui matrimonio ſunt copulati & vxores diligunt ſuas vt & illę Eccleſiam, deſponſata viro &c.

*Chriſt. incarnatio omni viuendi inſtituto honorifica.*

Quia ſingulis momētis miraculis eſſet opus vt Maria virgo eſſe crederetur & diuino opifici ſpiritu concepiſſe illā, eſſetque opus illis vt Ieſus qui eſſet agnoſceretur. Suauiſsime igitur & ſapientiſſime (vt á Deo definitum) factum fuit vt deſponſata eſſet, & vt vnius tātum Ioſeph opus eſſet vt miraculo inſtrueretur, & admoneretur, reliqua ſilentio in tempus ſuum ſeruarentur vt magiſtri munus faciens & omnes cœleſti doctrina ſuo tēpore inſtruens, cœleſtibus præditus moribus miraculis illam confirmaret & qui eſſet oſtenderet. His igitur tantū & quod deſponſata virgo fuit, & certior Ioſeph factus quod proles eſſet diuina conſultū fuit diuino iſti, ſummoque myſterio & illius tota manifeſtatio in opportuniſsimum (vt ſic dicamus tempus reſeruata.

*Expende cur fuerit virgo deſponſata.*

Sed qui ſit, quantæque perfectionis Ioſeph innumera ſunt quæ teſtētur, quæ nō vna aut altera cōcione explicari poſſent,

*Joſeph laudes.*

ſed neque vno aut altero volumine, ſed vt quęcunque de illo dici poſſent & plura capiamus animo hoc rogo expēdam⁹, ſi ex factis figulinis, argēteis ve vaſis eligatur aliquod, eligetur quod omnium videatur pretioſiſsimum, & fortaſſe defectus erit in illo aliquis, ſed cum ex factis fieri debeat electio præſtantius electum eſt, quod ſi a figulo vt ſic dicamus, aut argentario fieret, fieretque ſibi, illis illud ornatū partibus feciſſet quæ ſibi maxime placuiſſent & omnino nihil ex his quæ optaret defeciſſet, Diuinus figulus aut ſi mauis argentarius, non elegit tantum ſed fecit vas iſtud mirabile, Ioſeph Inquam, vt ſponſus eſſet matri, cui ipſe, cui omnia ſubiecta ſunt ſubderetur, & cui nomen concederetur patris, patris nomen ſolum, ſed ſumme honorificum quibus igitur illi placuit animi & corporis dotibus abſoluit illud, virginitatis, pudoris, honeſtatis & qui caro cum eſſet omnino carnem non ſaperet, ſed ſpiritum, terra cum eſſet, cœlum ſaperet, homo cum eſſet vitæ candore Et puritate eſſet Angelus, qui agnos reddit leones cum ſint,

*Similibus probatur perfectio Joſeph.*

*Joſeph præſtantia.*

*Danie. 3.*



ſint, qui ignem in ventum roris flantem conuertit, ignis cum ſit, & propria abnegata natura, nam hoc contentus in contrariam conuertit vt Leo fiat Agnus māſuetudine, ignis refrigerio ros flās, id eſt aeris ſibilus refrigerans, potuit primo leonem agnina creare conditione, & manſuetudine, ignem aerea, potuit igitur qui Ioſeph adoleſcentem propriam fecit negare iuuenis propenſionem, creare alterum Ioſeph, talibus corporis & animi dotibus præditum vt homo cum eſſet, humani nihil ſaperet ſed animi & corporis puritate Angelis eſſet ſimilis.

*Dan. 14.*

*Gene. 39.*

Ad virginem deſponſatam viro cui nomen erat Ioſeph, præſtā iam docuere Ioſeph dicta omnia, ſed plane quod illā ſęculis omnib⁹ manifeſtat illud eſt ꝙ fuerit ſpōſus Mariæ, quemadmodū verba illa quę ſit quāta, quā excellens & quā numeris omnib⁹ abſoluta Maria explicāt, de qua nat⁹ eſt Ieſus ita celſitudinē & ſanctitatē Ioſeph explicant iſta: Ad virginē deſpōſatā viro, &c. Nā ſi humanis & diuinis literis ſimilitudo & parilitas ꝺſiderata ſemp fuit in matrimonijs, ac ita viros prę

*Matt. 1.*

 ſtātiſsi-

tiſsimos Patriarchas videmus , & ætate
& moribus ſimiles ſibi ſemper adoleſcē
*Gen. 24. & 25.* tulas quęſiuiſſe, ac ita Iſaach Rebeccam
duxit, Iacob Rachelem, Dauid Abigai
lem, eſtque id vt diximus, æquiſsimum,
*Gen. 29.* nam cum ſal quo condiuntur matrimo-
nia omnia, & illis adnatæ curæ & ſollici
*1.Re.27.* tudines purus ſi amor, huius coagulum
ſemper fuit ſimilitudo , quæ quo maior
eſt, maioris amoris cauſa eſſe ſolet, vt cū
*Inconiugio ſimilitudo deſideratur.* ætas conditio & virtutis ſtudium concor
dant, mirum eſt quam ſit ille nexus ſua-
uis, qui dur⁹ ſit & grauis & ferreo ſimilis
iugo cum diſsidēt illi vt cum virtutis al
ter ſtudioſus, vitijs alter deditus, ſi igitur
ad huiuſmodi connubia humana , & ex
quibus proles naſcitura humano naſcitu
ra eſt curſu, & illa reliquis futura eſt ſimi
lis, ad cōnubiū Marię qualis ac quāt⁹ eli
gēdus erat ſpōſus? Similis illi omnino eſ
ſe nō poterat: ſed qui illo tēpopore magis
ad illius perfectionē acceſsit puritate ani
mi, vitæ candore, morū integritate, quod
*Præſtantia viri ex vxore:* ſatis manifeſtat idē vtriuſq; ſeruandæ vir
ginitatis ardēs votū & deſideriū. Quodſi
ex deſpōſatione viri pręſtātia agnoſcitur
& præ-

& præſertim cum illa ſit ea qua debet ani
mi maturitate & ſynceritate, quātam hu
ius viri perfectionem eſſe credemus qui
ſponſus fuit Marię, & non humana ma-
turitate ſed diuina electus? ſi agnoſcitur *Viri grauitas ex præſtantia commiſsi agnoſcitur muneris.*
etiam ex pręſtantia muneris, nullus fuit
munere quod habuit Ioſeph præſtātius,
& ad quod fuit ille diuino conſilio deſti
natus, ſiue Samuelis iudicium, ſiue Mo-
ſis populum, ſiue Aaron ſummum ſacer
dotium, & id genus munera expendas nā
huic cura demandata Mariæ eſt, reginæ
cęli, obſequium Ieſu, cui inuidere poſ-
ſent Angeli credita q. illi ſunt quæ ha- *1.Reg 9*
bet cælum prætioſiora cum quis in regis
aula præclaris animi dotibus eſt inſigni- *Exod. 1.*
tus, ita vt vnus ad magna, & eximia mu- *Exod. 4.*
nera ſufficiat , creatur præfectus ille
domus, militum magiſter, regis vices ha
bens, quæ munera multis eſſent & grauiſ *Probant*
ſimis diſtribuenda, quantam credendū *preſtātiā*
eſt, & quam admirandam Ioſeph perfe- *Joſeph*
ctionem fuiſſe cui non ab homine ſed a *ſimilia.*
Deo, tot ſunt tamq; glorioſa & Angelo-
rum dignitate ſublimiora conceſſa? ille
domus Marię diuinis rebus ampliſsime

Mm 5 & opu-

& opulentiſsime fuit præfectus: ille Chriſti Dei filij, Deuſq; ipſe fuit pędagog⁹, il-
*Luc. 2.* le ſupremi theſauri, ſuprem⁹ theſaurari⁹ & de quo mirabilia illa dicuntur: quod ſubditus fuit illi, cui ſubdita ſunt omnia quæ in cęlis & quæ in terris ſunt: & quod æternus pater nomine patris quo ille na-
*Luc. 2.* tura ſua gaudet, ab æterno nobilitauerit illũ, & glorificauerit, ita vt ob habitã curã, & dulcia Chriſto exhibita obſequia, pater illius ſit appellatus cuius ſerui &
*Pſal. 125* eſſe & dici ſummæ ducũt gloriæ Monarchæ, quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tu⁹ & fili⁹ ancillæ tuæ, quod ſi ſolo aſpectu tanta ſunt collata Ioãni in materno vte-
*Luc. 1.* ro delitеſcenti, magna quidẽ credemus fuiſſe exibita Ioſeph quẽ toties aſpexerẽ Ieſu diuina lumina, ſi ex eo quod ſemel
*Luc. 7.* accepit illũ Simeon in vlnas ſuas tanta ſunt & tam pretioſa Simeoni deriuata quanta credemus deriuata fuiſſe Ioſeph qui toties accepit illum, ſi poſtea omnis turba quærebat eum tangere quia vir-
*Luc. 6.* tus de illo exibat & ſanabat omnes cum idem ſemper fuerit fons non corporeę ſanitatis tãtũ ſed ſpiritalis ex tan frequenti illius attactu quanta deriuata Ioſeph cenſebimus? ſi lignum ſecus de- *Pſalm. 1.*
curſus aquarum plantatum amænisſimos fert fructus, ſi lilia in tranſitu aquæ *Eccl. 10.*
ſunt præſtantiora, qui iuxta diuinas aquas ſemper extitit Ioſeph quantæ credendum eſt eſſe illum perfectionis? ſed qui virginem quæ cæli erat futura decus *Heſter. 2*
connubio voluit Ioſeph iungi, cur non fecit vtrumque regem eadem animi puritate, eodem animi candore, aut cur *Expende.*
qui humilem & captiuam Heſter connubio decorauit Regio, & humilem Abigailem regia decorauit corona, Mariã humilem viro non fecit, iungi regio eiſdem corporis & animi dotibus prædito quibus fuit Ioſeph quando in ſua ſitum erat poteſtate præſtare iſtud? omnino quia iſtud illi⁹ ſapiẽtia dignũ erat, imprimis nihil iſta illi magis addebãt decoris, quã incẽſa lucernula Solis ſplẽdori, aut roris gutta, maris vaſtitati, aut ſcintilla *Quæ fuerint apud*
elementaris ignis immo in infinitum mi- *Deũ pretio digna*
nus, rurſum quia ſi iſta magni feciſſet ille, quãdo cõtẽpta ab illo tãto ſunt in pretio vt quodãmodo a vulgo videãtur odorari

rari, quid contigiſſet ſi viſus fuiſſet ille
exiſtimaſſe illa, rurſum vt quæ digna
pretio ſunt haberet in pretio ille, quæ
autem indigna, ab illo contemnerētur;
ſunt autem pretio digna etiam apud gen
tiles, iſta & apud eoſdem interim digna
connumerantur illa ita vt omnibus cum
eſſet priuatus bonis externis,

*Bias.* Bias Prieneus dixit omnia bona ſua
ſecum portare, cum nihil præter vulga-
res veſtes ſecum ferret ferebat autem iu-
dicio ſuo virtutem & ſapientiam magni
*3.Re.22.* habuit igitur in virgine & Ioſeph domi
nus virtutes quæ diuino ſunt digna amo
*2.Re. 9.* re, fumeas autem has aut plumeas digni
tates quibus ſuo ſæculo gauiſi ſunt Io-
*1.Re.17.* ram, Ochozias, Saul, Achab nefarij re-
ges nihili duxit his enim cum bene pla-
*Danie. 4.* cuit illi honorificauit paſtores & priua-
*4. Re.9.* uit illis Reges & belluis ad paſcendum
relegauit aut canibus vt dilaniarētur tra
didit, abſciſus igitur lapis iſte ſine mani-
*Daniel. 2* bus quia omnem iſtam mundi ſtatuam
vanitatis & adumbrati honoris erat con
triturus ſupremo iſta fecit conſilio, ſed
iam quod viro erat ſacroſancta virgo iū-
genda.



genda. Cur viro iuncta fuit fabro ligna-
rio? vt otium & ignauiam deteſtari ſe ma *Otij & ignauiæ deteſtatio.*
nifeſtaret eſt enim otioſitas nouerca vir-
tutum, vitiorum mater, gignit vt immo-
tæ paludes noxia multa & corrumpun-
tur illæ, euenit otioſis quod & ferro
quod rubigine obducitur non exercita-
tum, quod & campo ſi nō renouetur ara *Otij damna.*
tro, q̄ ſpinas profert ſuitq; huiuſmodi
occupatio ita grata Deo vt de ſe ipſo gē-
tium magiſter Paulus dixerit: laborauē- *1.Cor. 4.*
runt manus iſtæ & piſcatores cum retia *Eph. 4.*
reficerent in gloriam Apoſtolorum ele- *Lucæ 5.*
gerit huiuſmodi otij peſtem perſequens *Exod. 1.*
neſciuit otiū piorum antiquitas vt Mo- *Geneſ. 30*
ſes, Iacob, Dauid, neſciere etiam qui ſi- *1.Re. 16.*
ne religione fuere vt Lentuli, Fabij, Cice *Otium quid.*
rones, quos ab ipſo exercicio ſortitos
fuiſſe nomina ferunt multi, eſt otium vi *D.Chry. hi. 5. ad Anthio. & h 16. ad epheſ. & ſerm. de virtu. & vitij.*
ui hominis ſepultura, vnde Chryſoſto-
mus ſi torpeamus remiſsio nos perdet,
& idem nihil boni facere, hoc ipſum eſt
malum facere, & hodie Reges multi, cum
& ſi velint illi otioſi eſſe non poſsint,
quemadmodum neque eſſe poſſunt ſæ-
uiente tempeſtate nautæ, neque in gruen
te bello

te bello militum magiſtri quia illorum vita occupatio eſt curāt tamē artē aliquā noſſe, vt ſi quod illis ſuperſt momentū otio nō torpeat. Vnde illa ſunt ſapiētis: Per agrum hominis pigri tranſiui & operuerūt ſuperficiē eius ſpinę. Dixit Heſiodus non eſt autem de decori laborare ſed otiari, Demetrius vitā otioſam mare mortuū appelauit, & aiebat idē, malo vt me fortuna in caſtris ſuis quā in delicijs habeat, nihil mihi magis quā ſit vtilis labor docuitque quam perniciosum otiū etiam q; ſtudiū ꝙ diabolus appoſuit ad laboris deteſtationem, loco illum ignominiæ ſtatuens quā homines magis oderunt, otium vero honoris & gloriæ loco, quod homines magis amāt. Hinc veluti in exterminium miſſa, videm⁹ quęcunq; laborē, & occupationē ſapiūt, & cuncta nō torpere tātū otio ſed varijs miſerādiſq; vitijs corrūpi, delicijs, ludis, latrocinijs, adulterijs quorū omniū radix otium eſt, huic igitur tāto malo cupiēs ſubueniꝛe dn̄s hominum amantiſsimus vt haberent illi in pretio quæ habebat ille, & amarent quod amabat, & eligerent quod eligebat & ſcirent quod á ſapientia eligebatur, illud eſſe & magis vtile & magis honorificum, cum daturus eſſet matri ſponſum nō otio deditum ſed miniſterio addictum dedit illum, ſed illis prædictum animi dotib⁹ vt præſtātiorē illum dicas Abrahā fide, obediētia Iſaach ſtrenuitate Iacob, puritate Ioſeph & qui omnes antiqui teſtamēti patres ſuperaueſit, & noui omnium virtutibus floruerit Apoſtolorum præſtātia, qui non lingua tantum vt Apoſtoli ſed villius Chriſtū in alienas nationes induxerit, animi & laborū perpeſsione martyr, patiētiſsime vitę cōfeſſor, puritate corporis virgo, & nomē virginis Maria nomen māna ſimile omnis in ſe ſaporis ſuauitatē habēs, ſapit illud lætitiā mæſtis, leuamē feſsis, opē indigis, auxiliū cunctis, nomē ſæculis omnibus glorioſum humano generi magis honorificum quā fuere piarum omnium fœminarum glorioſa nomina, nam neque tanta commoda vnquā ſuæ nationi pepercre illa, neque tāto honoris ſplēdore illuſtrauerunt, neque ad tātum gloriæ faſtigium eduxerunt, neque cælos & ter-

*Prou. 24.*
*Heſiod.*
*Demetri.*
*Diabolus otij fautor.*
*Gene. 22.*
*Gene. 32.*
*Gene. 39.*
*Dotes Ioſeph.*
*Text.*
*Mariæ nomē ſuauiſsimum*

*Maria innumerabila bona humano contulit generi.*

& terras tam ſtricto fœderis nodo copularunt, ſed exigua omnia ſunt & ſi ex ſe magna & eximia illa quæ præſtita fuêre ab illis, Abigail ſuæ cōſuluit familiæ vittæ, niſi enim illa apud Dauidem interceſſiſſet actum erat de illa, Iudith ciuitati ſuæ & genti vnde bene meritis ab illis laudibus celebrata fuit, Heſter toti nationi liberans illam ab imminenti ſtrage. Maria glorioſiſsima non vnius domus familiæ. Non vni ciuitati, non nationi vni, ſed toti orbi, & omnibus illius nationibus in extremo vitæ animę periculo conſtitutis glorioſiſsime ſubuenit, vnde illius nomen a Solis ortu vſque ad occaſum eſt laudabile. Neque tanto illa honoris ſplendore ſecula ſua illuſtrarūt, nam quod ſummum in illis ſapiebat honorem non erat quidem Regia dignitas, ſed quod illa ſubdita eſſet Deo, qui filius fuit Marię ita quod illorum diuitiæ ſine hoc eſſent inopes, potentia impotens, vires ſine robore, dignitas ſine dignitate regia maieſtas ſeruitus, ni omnia illa Dei eſſent dicata obſequio, a quo ceu ſtellæ lumen a ſole accipiebant illa ſplendorem

*1. Re. 25.* *Iudit. 15* *Heſter. 5*

*Dignitas rerum humanarũ in obſequendo, Deo.*

ſplendorem, quid enim humanæ magis illuſtre aut magis glorioſum naturæ, quamquod habuerit Mariam filiam quę æterni fuit mater Domini, aut quæ potuit neque deſiderari neque concipi gloria maior, & excelſius honoris faſtigium ad quod euecta fuit humana conditio quam quod ita ſit humana natura ineffabili vnione diuino iuncta ſuppoſito vt filius Dei filius ſit & Mariæ, & nobis tāta cognatione coniunctus vt homo ille ſit & noſtri primogenitus generis, qui maiora cum patientia ſcelera feret noſtra, & liberalius nobis pęnitentibus ignoſcet quam vllus Ioſeph fratribus qui noſtris omnibus neceſsitatibus noſtrę ingratitudinis oblitus abunde conſulet, cęli quia eſt dominus & quodāmodo quia frater noſter eſt, viſcera eius ad noſtrarū calamitatum conſpectum cōmouebuntur. Summus igitur honor eſt quod Deus ſit homo, & nos Pauperes de puluere ita ingēti iſto beneficio exaltati, vt nō tātū ſedeamus cum principibus ſed principes ſimus & quia ipſe humanę naturę factus conſors, nos facti diuinæ: qua glorioſa

*Dignitas humanæ naturæ.* *Rom. 8. & Heb. 1. col. 1.*

*Gene. 43.* *Gene. 44 & 45.*

*Summus honor.* *1 Reg. 1* *2. Pet. 1.*

cognatione ita animis eſſe deberemus
1.Re. 17. excelſis vt nihil iam vile, nihil terrenū
ſaperemus, ſed cęleſtia & diuina quando
cæleſtes facti ſumus & diuini, & animo
quo Dauid Rex conſtitutus paſtoris om
nia (vt illiꝰ ſtudio iam indigna) reliquit,
Gen. 28. ita & nos ad pluſquam Regiam dignita-
tem Mariæ beneficio exaltati, neq; quid
cęlū & terram res tantopere diſtantes fœ-
Gene. 19. dere ita nobili & ita indiſolubili copula
uit, miraculo datum fuit quod ſcala oſtē
ſa Iacob eſt per quā Angeli aſcendebant
Exod. 3. & deſcēdebant vt agnoſceretur aliquod
& 33. eſſe inter humanos & diuinos commer-
cium, noſtraq; omnia curæ eſſe Deo, mi-
raculo quod Angeli alloquuti fuerint
Loth: miraculo ingenti quod Moſem al
loquio ſuo dignatus fuerit Deus.

Sed Maria maiora conſequuta eſt quę
fecit iam nobis cælos & cælites familia-
res: Scala illa fuit per quam (quod in au-
ditum fuerat) Deus deſcendit, & cum eo
myryades Angelorū, deſcēdit autem, vt
nos aſcenderemus ꝙ nūquam fuerat ho-
mini cōceſſum, deſcendit & non ſemel
aut iterum nos eſt alloquutꝰ vt cum Mo
ſe



ſe luce ſua illum inacceſsibili inhabi-
tante, ſed homo factus, omnes alloquēs,
omnes docens, omnes inſtruens, om-
nes honorans, omnes ad ſublimia ſecum
euehere cupiens, non vno, aut altero Galat. 3.
miraculo quis eſſe oſtentans ſed innu Matt. 6
meris, & innumeris modis nobis bene- & Luc.
faciens, & in ſe ima ſumis reconcilians 9.
& ita facta ſunt vnum regna iſta inter- Terræ ce
ſe tantopere diſtantia, & diuiſa, Mariæ li magnū
beneficio vt vnius præcepti obſeruatio- poſt in-
ne in quo tota lex impletur veluti vola- carnatio
tu vno liceat in cælos euolare, ita facta nem cō-
ſunt vnum vt & terrenum regnum cæ- mercium
lorum regnum eſſe dicatur & cælorum
dicatur eſſe terrenum quia terrenis, pijſ-
que hominibus iam illud incolitur, di-
catur & hoc Eccleſia, & illud militans,
iſta quia militię incumbunt qui in illa
ſunt milites, conſtans & ex eiſdem mili-
tibus inuictis vita functis dicatur illa
triumphans, Mira iſta ſunt & mirabilio
ra eſſent ſi aut recenſere valeret ho-
mo illa aut quę recenſentur debite recen
ſeantur, fœdus autem dictum fuit in
indiſſolubile & quia nunquam amplius

 Deus

Deus deſinet eſſe homo, neq; homo De'
*Gene. 42* vnde non poterit vnquam de nobis dici
*Gene. 47* quod de Iſrraele fuit dictũ qui cum ho-
*Exod. 2.* noré & bonorũ abundantia gauderet dũ
vixit Pharao qui nouerat Ioſeph ; illo
defuncto & alijs ſuccedẽtibus qui illum
nõ nouerant libertas in captiuitatẽ verſa
eſt, in inopiã copia, beneuolentia in op-
preſsionẽ noſter autem Deus in æternũ
*Mariæ no-* viuit, & ſeipſum neſcire cũ non poſsit,
*men vene-* neq; nos neſciet, quorũ amore factum ſe
*ratione* hominẽ cõſiderat, ac ita libertate hono-
*digniſsi-* re, gloria ſemper gaudebimus, ni noſtra
*mum.* nos culpa tãtis beneficijs reddiderit in-
dignos. Quis iã igitur nomẽ Mariæ non
ſuſpiciat, nõ adoret, nõ in corde ſculpat,
aut a cuius ore illius laus vnquã recedet,
quæ vere populi noſtri gloria eſt, decus,
& magnificẽcia, ſi ratione præditũ eſſet
nomẽ Mariæ illud ipſum Mariæ gloriã
*Exod. 15.* prędicaret, depreſſum illud erat in Maria
Sorore Aarõ & ſi nobili alioqui fœmina
& optimi fratris Sorore, exaltatũ autẽ eſt
in ſummam gloriã in Maria virgine Dei
optimi maximi matre nã illa ob id quod
detraxit Moſi lepra fuit infecta. Hæc
quia

quia diuinis viſis libens & ſubdita obtẽ
perauit, cum antea nulla illã lepræ con-
tagione fuiſſet infecta, Ieſũ peperit qui *4. Re. 5.*
non Naamani aut aliquæ Mariæ lepram *num. 12.*
mundauit, ſed vniuerſum hominum ge- *& deut.*
nus quod lepra erat coinquinatum, eue- *24.*
nitque id ſæpe adhuc in nominibus & ſi
longe diuerſa ratione, vt nomen quod
vnus vitæ integritate & animi fortitudi-
ne extulit, deprimat vitæ corruptione &
defectione animi alius. Iudas nomen
iſtud ſupra modum honeſtauit, qui glo- *Nominis*
rioſe vixit, & glorioſa nimis, & grata *de præſ-*
Deo fecit, & vtiliſsima ac ſãctiſsima ſcri *ſio & e-*
pſit, Iudas Machabeus vir fuit inuictiſsi *xaltatio.*
mus Deo gratus, ſæculo ſuo glorioſus
miris laudibus etiam a ſacris ipſis literis
celebratus effulſitque nomen iſtud in vi *Iudi. 1.*
ris iſtis clariſsimis vt in cælo luna, at Iu- *1. Mach.*
das vitæ perditor, mundi abhominatio, *2.*
obſcurauit illud, & quod in ſe fuit reddi
dit ignominioſum, de Iuda qui fuit dux
eorũ qui cõpræhenderunt Ieſum, quod
& in multis hodie nominibus contingit
vt quodãmodo id contingat nominibus *Actu. 1.*
quod & rebus, quæ varietati ſubditæ cũ
ſint

ſint, natio quæ nuper domina fuit ho-
Rerum humanarum incõſtantia.
die ſeruit, quæ longe lateque ſui nomi-
nis radios effundebat, hodie iacet obſcu
ra & quę nuper ſeruiebat, imperat, & eget
quę diuitijs abũdabat, tãtũ cõſtas in hu-
manis rebus inconſtãtia eſt, ꝙ & vtinã
ſanctiſsimo nomini Mariæ non eueniat
hodie, vt iterum e glorię vertice quo in
ſanctiſsima Maria exultat, in Mariã le-
Text.
pra infectam deuoluatur, cum vita parũ
integra multæ obſcurent illud quę matri
monio ſacro iſto nomine appellãtur. Et
2. Re. 24
ingreſſus angelꝰ ad eam, &c. videtur ver
ba ſonare in abſcõdito domus ſuæ illam
eſſe alioqui non diceretur angelus ingre
di cum alibi multoties nõ fuiſſe ingreſ-
ſum ſed aparuiſſe dicatur. Erat autẽ ange
Num. 13.
lus dñi iuxta aream Iebuſæi. Angelus
dñi aparuit Manue, quin & cum deſcen
dit in auxilium Angelus deſcendiſſe di-
citur: Angelus Domini deſcendit cum
Daniel. 3
Azaria. erat igitur in abſcondito domus
Maria, cui eſſet occupationi intenta il-
lud mihi explicare videtur quod quę die
ac nocte præſtantius Dauide in lege Do
mini meditabatur, & quæ vere dicere &
ex



ex animo potuit, Quoniã lex tua medita Pſal. 1.
tio mea eſt, quod in meditatione diuinæ Pſal. 118
legis myſteriorumq; illius eſt inuenta, ip
ſaq. negotij maieſtas id ipſum manifeſta
re videtur, mulier enim cui aſsidua & cõ
tinua exercitatio eſt aureo filo acu pinge
re, requiſita fere ſemper in illo occupata
exercicio erit nouerat enim diuina vir-
go diuinæ legis æquitatẽ, veritatẽ, & cer-
titudinem: & quomodo cibus ſit illa ani
mi, lętitia cordis, & quanta illius ſtudio
ſis ex illius lectione deriuetur vtilitas,
quãdo aut lilijs in trãſitu aquæ illi cõpa-
rantur, aut ligno ꝙ fructum ſuum dat in
tempore ſuo, nouerat voluntatem Dei,
quam in omnibus adimplere ipſa ſupra
Meditatio diuinæ legis.
modum cupiebat in illa eſſe manifeſtatã
nouerat in illa permiſſum Meſiam cu-
ius feliciſsimũ mundo aduentum opta- Eccle. 50
bat ardentiſsime, nouerat in oratione ho Pſal. 1.
minem abloqui Deum. Deum autem
hominem alloqui in ſacra lectione, vn
de ab iſtis non ceſſabat columba no-
ſtra lactæ lota & reſidens iuxta fluen-
ta pleniſsima, ſæpiſsime dicens: au-
diam quid loquatur in me Dominus

Deus aut verba mea auribus percipe domine, in vna igitur harũ occupationum inuēta virgo eſt, oportet autē intelligamus multa a virgine fieri in humanæ cōditionis exemplũ, profitebatur enim illa quodāmodo fœminarũ magiſterium vt profeſſurus filius erat magiſteriũ hominũ & ſi cũctis illius doctrina & vita ſemper exemplo fuerit, vt ergo doceret illa docere maxime honeſtatis & deuotionis ſtudioſas fœminas & quibus gloriæ eſt pudicitiā, domeſticā māſionē & raros ex habitatione egreſſus, harũ fuit illa rerũ omni tēpore amiciſsima, & ſi tutius Iudith egredi potuiſſet & ī medias prodire (ſi opportuiſſet acies) nō vno aut altero cuſtodiēte illā angelo vt Iudith de ſe dixit. ſed innumeris, quib⁹ virginis dignitas ſanctitas & præſtātia nota erat, & illi⁹ cuſtodia commendata ſi enim immittit Deus angelos incircuitu timentiũ eum, quātos caſtrametari ſemper in circuitu virginis credēdum erat, res quos pretioſiores tanto in locis reconditioribus & maiori cura ſeruantur, vt argentea vaſa, aureæ armillæ, Adamantes, Iacinthi &

*Pſal. 84*
*Pſal. 5.*
*Virginis exemplũ.*
*Iudit. 9. & 10:*
*Pſal. 33.*
*Aſſeritur veritas iſta ſimilibus*



& pretioſi omnes lapides, & potiſsimum ſi in ciuitate illa ſint, quæ multos habet inſidiatores, honeſtas tāto iſtis rebus pretioſior eſt vt ſine illis pretioſiſsima illa ſit & ſine honeſtate res omnes iſtæ viliſsimæ, eſt igitur illa maiori ſollicitudine & metu ſeruanda, & potiſsimum vbi multi ſunt illius inſidiatores: veſtes quo pretioſiores ſunt & elegātiores vt candidæ, purpureæ, ne inficiantur cauetur maxime, neque iſta cura adhiberetur ſi viles illæ eſſent & ſi munditjes in omnibus deſideretur, vaſa vitrea Venetijs in Hiſpanias allata, quia gratiſsima ſunt magno in pretio habentur: & quia vitrea nimia cura ſeruantur, quia leui attactũ franguntur & eſt inquinatu, & fractu facilior, candor fœmineus & nitens illud vitrum, ſeruetur igitur, Roſa tanto gratior, amœnior & odoratior, Quanto cōtrectatur minus, tanto pulchrior honeſtas, quanto minus contrectata, chryſtallina ſpecula halitu videmus infici, & inficitur halitu ſæpe chryſtallina pudititia. Quemadmodum pretioſi lapidis domicilium eſt concha, ita honeſtatis domus eſt domicilium.

*Honeſtas cōmendatur.*
*Expende quā ſint iſta certa*
*Expende ſimilia:*

*Modeſtæ fœminæ virginis imitatrices.*

Sed non paucæ fœminæ ſunt, quæ exil lius ſacro grege eſſe ſumme vt par erat ducant gloriæ, quæ domum, ſilentium, & orationem ament, quibus candor honeſtatis & tinctura coloris ita ſint res gratæ, vt accitiam omnẽ vitent pulchritudinẽ, quæ chryſtallina gaudeant aqua, & non cęno vt anguillæ, quæ columbæ eſſe volunt, lacte puritatis lotæ quibus nihil charius honeſtatis nomine, quæ mores dotẽ eſſe cẽſeant locupletem, nequaquã enim dotata eſt bene, ſi morata eſt male, dixit quidam.

*In fœminas quibus non eſt curæ pudicitia*

*4. Re 9.*
*Hier. 4.*
*Prou. 7.*

*Internæ pulchritudinis cõtemptus.*

Sed plures videas quas non virginis Mariæ dicas eſſe diſcipulas, neq; agnouiſſe illã, aut ſacros illius mores approbaſſe, ſed impudẽtiſsimę Iezab[illegible]t de cu⁹ parũ pudica pulchritudine illa dicũtur. ſpectaſſeq; dicas illas illarumq; mores, & viuendi licentiam cũ ita loquitur: Vaga & garrula. Iſtis internæ pulchritudinis, quæ diuinos allicit oculos nulla eſt cura & ita animę ſunt oblitę, ac ſi eſſent exanimes, ita abrenuntiationis in baptiſmate factæ, ac ſi ab illis facta non fuiſſet aut ludicrę fuiſſet facta, iſtis corpus Deus eſt, illud adorant illæ & colunt & quod omni appo-

*Corpus multis fœminis idolum.*

appoſita cura intendunt illud eſt omnino vt ab inſanis horum idolorum cultoribus adoretur illud, canantur illi cantiones, & in illius gratiam edantur, antiqui filiæ ſerpentis, pulchri baſiliſci aſpectu necãtes, verbis feminę incantãtes, tactu adurentes, dęmonis nõ tantũ pedica, ſed venatrices, mille modis animas illi venari laborãtes, aquarũ aſpectu auertẽdi oculi, inquarum verba ſepiendę aures ſpinis, iſtæ nõ domum amant, ſed plateas, & cõpita, non raros amant egreſſus è domo, ſed raros ingreſſus in domũ, euenit que illis quod nulli vnquã animãtium horrẽt omnia animalia ꝙ magiſtra natura illis inſidiari norunt, vt agniculus vulpẽ, ouis lupum, lepus canẽ, accipitrem miluus, halieetũ colũba, iſtæ inſidiatores ſuos amãt, inimicos ſuos quęrũt, in latrones incidere gaudent, nihil magis miſeræ optãt quã optari cũ hęc & corporis & animi perditio ſit, quas hiſce prędıtas ingenijs nouerim⁹ quemadmodũ Antichriſtos illos appellam⁹ qui cõtra Chriſtũ ſunt, & qui Chriſti morib⁹ ſũt cõtrarij, appellare licebit iſtas Antimarias quia modeſtia, pudore, hone-

*Prou. 2.*
*Eccl. 9.*

*Expende certitudinem ſimilium.*

*In honeſtæ fœminæ antimariæ.*

neſtate, ſilentio & clauſura domus con-
trariæ ſunt Mariæ, quæ pudoris & hone
ſtatis futura cum eſſet ſæculis omnibus
exemplum in penetralibus domus, diui-
*Text.* nis intenta exercitijs reperta eſt. Sed ver
ba audiamus Angeli, non enim Angeli
illa ſunt & ſi dicantur ab illo, ſed Dei, a-
*Expende* quo Angelus miſſus eſt & ita excelſiora
illa ſunt, & ſublimiora, & attentioribus
auribus audienda quia Dei ſunt, quia di
cta ab Angelo, quia dicta Mariæ, pretio-
ſiſsima omnia ſunt, & quorum vnũquod
que ſuffeciſſet vt glorioſa, illa & diuina
eſſe crederemus.

*Text.* Aue gratia plena, omnino & talis futu
ra erat quæ á Deo in matrem filij elige-
batur, & talis nominibus & tam glorio-
ſis compellanda. Si enim gratia gauiſæ
ſunt præditæque fuere diuina, matris Ia-
cob, Ioſeph, Sanſonis, Baptiſtæ. Cur plæ
na gratię nõ eſſet quę gratiæ plenitudinẽ
erat paritura. Plena es ò Maria gratia &
hæc mihi ſententia gratiſsima, hic iu-
cundiſsimus ſenſus, quidquid delicatio-
*Expende.* res alij dicant, ſi domicilij præparatio
ſemper ita ſit, vt hoſpitis illa dignitati ſit
con-



conformis, ac ita aliomodo præparatur
priuato homini, alio principi, alio Regi:
cum hoſpitem eſſes habitura Deum, è q;l
ſacris tuis viſceribus, vt è byſsina tela il-
lum diuino opifice ſpiritu indutura, pla
ne plena gratiæ es & plenam eſſe tãto hoſ
piti oportebat. Hæc eſt arcæ deauratio *Exod.* 25.
auro mundiſsimo intus & foris, hæc ſunt
opes Salomonici templi & hac plenitu-
dine te præditam decebat, non diuitiarũ, 3. *Reg.* 6.
non gẽmarum, non rerum aliarum quas
magni habet mundus, & nihili habet
Deus, vnde in hac tua cõmẽdatione nul
la de hiſce rebus factam. Dominus tecũ, *Text.*
modo Maria priuatiſsimo & ſupra mo-
dum glorioſo.

Eſt enim ille tibi maxime propitius &
in tuum fauorẽ propenſus, eſt tecum eo
modo quo nunquã fuit cum alio neque
cum Gedeone. Neque cum Sanſone,
Eſaia, Hieremia, Dauide, neque cum Re
becca, neque cum Heſter, neque Iudith
neque cum Iahele, nam cum illis fuit do
minus vt dominus eſſe ſolet cum ſeruis,
& ſi ingenti cum clementia, tecum vt cũ
filia, tecum vt cum ęterni filij futura ma
tre,

*Quomodo cũ Maria fuerit Deus.*

tre, tecum vt cum horum omnium domina & regina, eſtque nunc tecum, & ſemper fuit, & tu virgo cũ illo cui adhærere ſemper duxiſti optimũ, in quo ſperare ſemper duxiſti ſpecioſiſsimum, de quo meditari ſemper duxiſti ſuauiſsimum, ille igitur tecum eſt vt te exaltet, te honorificet, te glorificet, te beet, tu cum illo vt illi te ſeruias, illi obſequaris, illi te ſubdas, ſed ſupremum modum quo ille futurus eſt tecum ò virgo reſcies breuiſsime.

*Gregor.*

Explicant modum ſacri doctores, ſuauitate qua ſolent Deus pater vnicum, filiũ in vtero virginis humanæ coniungens, Deum ante ſæcula ſibi coęternũ fieri voluit hominem in fine ſæculorum, & quẽ ſine tẽpore genuit ſaluandis hominibus cum tẽpore, oſtendit omnes enim nos inimica illa perſuaſio in culpæ contagio ab ipſa radice polluerat, nullusque erat qui apud Deum pro peccatoribus loquens á peccato liber appareret, quia ex eadem maſſa æque cunctos par reatus inuoluerat, proinde venit ad nos vnigenitus patris, aſſumpſit ex nobis naturam non perpetrans culpam, ſine peccato quippe eſſe debuit qui pro peccatoribus interuenire potuiſſet, quia nimirum aliena pollutionis contagia non tergeret ſi propria ſuſtineret, ſi huius tamẽ ratio quæritur nõ erit mirabile ſi exemplum poſcitur non erit ſingulare, demus Deum aliquid poſſe quod nos fateamur inueſtigare nõ poſſe in talibus rebus tota ratio facti eſt potentia facientis, tria enim opera mirabiliter ſingularia & ſingulariter mirabilia vt talia neque facta ſint neque facienda, amplius ſuper terram cõiuncta quidem ſunt adinuicem Deus & homo, mater & virgo fides & cor humanum nequeunt quæ ſuper ſunt Euangelij niſi ſumma breuitate literis mãdari alioqui, vnunquodq́; ex myſterijs (cum innumera illa ſint) quę ſonant verba volumina caperet. Benedicta tu, nõ ob priuatum aliquod tãtum Mundo beneficium exhibitũ, cuiuſmodi fuere, quæ collata ſunt ab Abigaile, á Iahele, á Iudith, quæ & ſi magna fuere illa, & optatiſsima aut priuatæ familiæ, aut priuato populo collata ſunt, ſuntque ad corpoream vitam attinentia illa, ſed tu benedicta ò virgo quia tui, fructu pu-

*Greg. lib. m. 23. c. 3*

*Aug. epiſtola ſecũda ad Voluſ.*

*Bernar. ſerm. 10.*

*Text.*

*1. Re. 25. Iudi. 5. Iudi. 13. & 15.*

puriſsimo puriſsimi ventris, gladio tranſfigis, non Siſaram ſed tenebrarum principem: non liberas obſeſſam Bethuliam ſed obſeſum á Sathana mundum. Non priuato obſtas Regi, ne priuatam domũ, ac familiam demoliatur, ſed ampliſsimã mundi domum & vniuerſam hominum familiam, digniſsime igitur inter mulieres benedicta, illarumque & totius humanæ naturæ gloria & decus, & benedictus fructus ventris tui, tui inquam ſolius, illæ enim diuino tantum opifice ſpiritu viuificum illum protulit fructum benedictum, & per quem non ſolum auferenda eſſet omnis maledictio, ſed omnis inferenda benedictio, ita enim de illo *Gene. 22. & Gal. 3* prænuntiatum eſt & benedicẽtur in illo omnes gentes, benedictus igitur fructus qui omni mortifero fructu ablato, fructus Deo gratiſsimos feraces reddet viua fide præditos Chriſtianos omnes. His verbis *Text.* puriſsimis & ſanctiſsimis ab Angelico ore prolatis, Turbata eſt, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, Turbari virginæi pudoris, cogitare maturę prudentiæ, aufert omnem turbationem in fœminis huiuſmodi turbatio, verius enim illud eſt de virgine quam de puero, erubuit, ſaluares eſt, *Purpureus color gratiſsimus.* purpureus enim iſte color omni accititio gratius virginis faciem pingit, & decorat, hoc enim honeſtas purpureo induitur pallio.

Cogitabat, &c. Non enim quę plane impura ſũt, aut pernicioſa cogitatione egẽt *Expende.* notiſsima illa ſunt, vt vlulatu lupus, latratu canis, rugitu Leo, grunnitu porcus, ſed quæ pietatis ſpeciem habent, & á viro dicuntur Angelicam quodammodo hominum iudicio vitam meditante, donec aurum eſſe conſtet quod aurum eſſe *Euaudatias* apparebat, argentum quod argentum, hæc enim duo ſi Euę contigiſſent, non fuiſſet illa in tantam miſeriam lapſa, ſi turbata fuiſſet ad deceptoris voces, ſi cogitaret qualis eſſet ſalutatio illa. Ait, autem Angelus ei: ne timeas Maria. *Text.* Non ſunt iſta metum incutientia, ſed auferentia metum, pallebat ad omnia antea humanum genus, ſimile illud Balthaſari erat, *Dan. 5.* immutabatur facies illius, genua ad inuicem collidebãtur, nec mirum talia enim erant in illum ſcripta, non humana ma-

nu ſed diuina, non in pariete ſed in diui-
namente, nunc tu omnẽ huiuſmodi me
tum tolles, ne timeas igitur virgo glorio
ſiſsima, inueniſti enim gratiã apud Deũ,
*Text.* huiuſmodi, autem rei incomparabilis in
uentio, non metum incutit ſed tollit, in-
ueniſti gratiam non apud hominẽ vt ple
rique, de qua non immerito illa: princi-
*Gratia principũ plumea.* pum ira plũbea, gratia plumea, ſed apud
Deum qui omnipotens cum ſit mutari
neſcit, & apud quem nullus niſi iuſtus vn
quã inuenitu omnium iuſtiſsima, plus
omnibus inueniſti, nec tibi inueniſti tã
tum ſed mundo perdito & qui illam per
diderat. Vis ò virgo noſſe quanta illa ſit
*Text.* & quam indicibilis illa, dicenda expen-
do, ecce concipies, in vtero & paries fi-
lium.

*Exod. 33. Eccl. 3.* Quemadmodum iſta nulli vnquã niſi
Mariæ dici potuerunt ita neque vlla vn-
quam gratiam inuenit quam inuenit Ma
ria. Et paries filium, cui omnes hominũ
filij, ſiue Abraham illi ſint, ſiue Iſaach,
ſiue Iacob ſiue regum potentiſsimorum
vt Dauidis, Salomonis, Ioſiæ, Ioſaphat,
Ezechiæ ſeruire gloriæ ducant. Et voca-
bit



bis nomen eius Ieſum, vt quemadmo- *Text. Nomen Ieſu.*
dum æterni patris eſt filius, ab illo étiam
impoſitum habeat nomen, vt omnia di-
uinitatem ſonent, & ingentem in homi
nes charitatem, & nomen ipſum illa pol-
liceatur beneficia quibus humanum ege
bat genus, degebat enim illud miſere ſub
peccato, miſerius quam vllus populus
Iſraeliticus in Babylone aut ſub Pha- *4. Re. 5. & 14. Exod. 2.*
rone. Et vocabis nomen eius Ieſus, ip-
ſe enim ſaluum faciet populum ſuum á
peccatis eorum, neque enim ſalus iſta &
libertas (tanta erat peccati tyrannis) per
alium populo euenire poterat niſi per Ie
ſum, hic ſolus ad iſta potens, & arte iſta
diuina, & diuinitus mirabili ad iſta vti-
tur, fierique vult qui ab æterno Deus e-
rat homo, vnde egregie Gregorius: iuſtꝰ *Gregor.*
igitur atque inuiſibilis Deus aparuit ſi-
milis nobis homo viſibilis vt dum vide-
retur ex ſimili curaret ex iuſto, & dum ve
ritati generis concordat ex cõditione vir
tute artis obuiaret ægritudini. Et dabit il
li ſedem Dauid patris eius.

Non corpoream iſtam &externam quę *Text.*
anguſtiſsima illa eſt tãto regi. Eſt.n. illi

regnum omnium ſæculorum de cuius *Dan. 4.* immenſitate illa ſunt Nabuchodonoſoris iam inſe reuerſi.

Sed regnabit ille in domo veri Iacob *Regnum Chriſti.* per fidem & dilectionem, regnum omni regno ſuauius, potẽtius, mirabilius, alio enim regno potiti ſunt tyranni innumeri, vt Dionyſius: & ſcelerati reges vt Saul, Ochozias, Achab, Ioram, Manaſſes; hoc potiri non poſſunt, neque qui æquiſſimi fuere, & potentiſsimi. Hoc ſolum Deus gaudere poteſt. Hoc modo ſolus ille regnare, qui & corporum & animorum & conditor eſt, & aſſertor, & omniũ *Verum regnum.* dominus. Verumq; eſt hoc regnum, & hoc nomine dignum habentq; alia regna, quemadmodum, & illorum reges finem vnde tantum, tamq; ſubitam in illis *Phil. lib. quod Deus ſit immutabilis.* videm⁹ mutationẽ, vt poſt habitã de illis longã orationem Philo ita loquutus fuerit. Floruit quondam Græcia, ſed Macedones abſtulerunt ei potentiam, poſtea Macedonia viguit opibus ſed diuiſa in plures portiones debilitata eſt donec omnino interijt, Ante res Macedonum inclyta fuit Perſarũ felicitas, ſed vna dies tam



tam ingenti regno finem attulit, & nunc Perſæ pœnes quos paulo ante fuerat imperium ſunt Parthorum prouincia. Totus Orbis habitabilis, non ne more nauis ſuſque deque iactatæ nunc ſecundis ventis nunc aduerſis vtitur? *Pſ. 102.*

*Pſ. 144.* Huius autem regni non erit finis, ſed regnum illius omnibus dominabitur & regnum omnium ſæculorum dicetur.

Ad has plenas immortalis honoris & gloriæ voces turbatione ablata, & ſatis ſalutationis maieſtate diſcuſſa. Audite cœli, audiat & terra voces Mariæ, ſunt enim lætiſsimæ illæ & quæ cœlos & terram optatiſsimo iubilo exhilarant omni mæroris nube fugata, ſunt modeſtiſsimæ, nouit humilitatis gradibus ad glorioſiſsimam dignitatem euectam, ſeruat illam & nunc maxime miratur illam & ſuſpicit. Et ita Angelorum, & hominũ domina effecta & cui totus ſeruiebat Orbis, Ancillæ nomen cunctis illa titulis præfert, hoc enim reliquorum omnium diuino beneficio cauſa fuit, niſi enim eſſet illa domini ancilla, non eſſet mundi domina: ni in hoc cunctos mortales *Expendas* ex-

exceſiſſet non eſſet omnibꝰ prælata mor
talibꝰ, mater domini effecta: Ecce igitur
ancilla domini fiat mihi ſecundum ver-
bum tuum, non columbæ vnquam, non
aquilæ ſuis pennis tam altius volarunt vt
modeſtis hiſce vocibus Maria, quæ ſuper
Cherubin & Seraphin volauit, quæ hiſce
obedientiæ & modeſtiæ vocibus ſibi ho
noris, gloriæ, decoris, maieſtatis paraue-
rit Maria quę hominum generi, ineffabi
lia ſunt, nequeunt in ſolo, humana mēte
comprahendi, faxit Deus deſiderata ex
illis capta in hac vita vtilitate, magnis il
lis, quæ nobis in cœlis parta ſunt potia-
mur Amen.

*SALVTATIO.*

*SAl, eſt admirandæ virtutis diuinæ doctrina,
& qui nō tantū a corruptione ſeruat & gra
tum ſaporē cōmunicat, ſed immortalitatē quā
dā facit in moribus ſapere, cū terrena & peri-
tura doceat cōtēnere, ſperare cœleſtia & ater
na, illaq́ʒ vitæ ſanctitate curare, cū illa animos
docēdo, cōdiūt cōcionatores, iſta intēdūt mini
me tamē ſine diuina gratia aſſequi poſſūt illa,
precemur virginem nobis illam aſſequatur. Aue
Maria.*

The-



# THEMA.

## Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi, &c. Matt. 5.

HOC enim & prouidentis eſt
animi, & diligentis illis, qui
que ſuæ rei publicæ prouide-
re rebus quibus maxime in-
diget, & quæ magis neceſſa-
riæ ſunt, quando huiuſmodi prouiſio in
illius ſita eſt poteſtate, vt cum aquæ pe-
nuria laborat aut puteos effodere, aut *Gene. 14.*
ex longinquo per canales ſuos aquam
ducere, cum fame frumenta etiam ex *Gen. ſ. 8.*
Ægypto, vt fecit olim Iacob, pretio pa- *26.*
rare vt fami ſuccurratur, cum vexa- *Gen. 42.*
tur morbis, modos, medicamina & me *& 44.*
dicos inquirere, ne in plures graſſetur
malum, hoc quod humana quidem po-
teſt

poteſt præſtare prudentia præſtare tenen tur erga reſpub. ſuas, alioqui ingrati e-runt & parum fideles in illas, Chriſtus optimus maximus hæc omnia in ſuos e-tiam non rogatus tribuit, & cum placet rogatus, non effodiens ille puteos cũ op' eſt aqua, neq; è longinquo ducens, ſed conuertens terram ſine aqua in exitus a-quarum, non parans pretio frumenta ſed faciens valles abundare frumẽto non in morbos medicos aut medicamina quęrẽs ſed verbo ſuo ſanans morbos verbo pel-lens, ſalutem verbo reuocans. Sed huiuſ modi neceſsitates quia externę ſũt & cor poreæ exiguæ ſunt, alijs laborabat mun-di totius reſpub. neceſsitatibus grauiſsi-mis, & ſummi momenti, & in quibus res nomen, vita animarũ verſabatur, & qui bus conſulere neq; hominũ labor indu-ſtria, neque ſumptus poterant: inſirpidus erat mundus, in ſulſus, corruptioni ob-noxius, tetri apud Deum odoris, verſaba tur in caligine mundus, errabat in tene-bris impingebat ſępiſsime in rerum ęſti matione cęcus erat & manu tentans, hiſ-ce, & alijs neceſsitatibus vexabatur, actum

*Pſ. 106. & 64.*

*Mat. 21. et Luc. 6*

*Grauiſsimæ mundi neceſsitates.*

actum erat de illo ni illius miſertus De' extremis iſtis cõſuluiſſet neceſsitatibus. Conſuluit autem primæ neceſsitati ſale illiusq; efficaciſsima aſperſione, ſecundæ luce, diffuſoq; longe lateq; illius ſplẽdore, harum grãuiſsimarum neceſsitatũ hæc eſt prouiſio: Vos eſtis ſalterræ, vos eſtis lux mundi. Expende quanta ſit cũ abundantia conſultum vt diuinæ largitatis diuitias mireris quę non afficit ſuos menſuratis beneficijs (vt etiam largiſsimi faciũt homines ſed ſine menſura copioſiſsima illius dona ſunt, terra & mundus idem ſignificant, laborat totus corruptione inſipientia & caligine toti conſulens ait: Vos eſtis ſalterrę, vos eſtis lux mundi, non vnius alteriuſue prouinciæ cum ſe aperit diuina manus omnia implet benedictione, orbem terrarum & plenitudinem eius fundauit ille: Domini eſt terra & plenitudo eius orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo Eſt igitur totus illi orbis reſpublica & tota hæc reſpublica prædictis neceſsitatibus laborabat, toti prouidens ait vos eſtis ſal terræ vos eſtis lux mundi, ſed expendamus in

*Diuina in conſulendo mũdo liberalitas.*

*Pſa. 103. Pſal. 88 Pſal. 23.*

primis oportet neceſsitates illas quibus
laborare diximus mūdū, vt ſtatim de mo
*Pſal.* 37. do quo cōſuluit illis De⁹ agamus erant
*Tob.* 3. omnes corruptioni obnoxij vt ex illis cō
ſtat: corruptę ſunt cicatrices meę a facie
inſipiētię meę, & ſi in corruptione fuerit
3. *Tim.* 2. ad miſericordiā venire licebit. Hominū
2. *Petr.* mētecorruptorū, homines mēte corrupti
Faciētes eius quæ in mundo eſt cōcupiſ-
*Pſal.* 15. cētię corruptionē erat autē ita late ſparſa
huiuſmodi miſerāda corruptio vt cōque
ſt⁹ ꝓpheta dixerit: dixit inſipiēs in corde
*Col.* 3. ſuo nō eſt De⁹. Corrupti ſunt & abhomi
nabiles facti ſunt, nō eſt qui faciat bonū
nō eſt vſq; ad vnū. Huic igitur tā diffuſę
corruptioni ſale erat medēdū, erat inſul-
ſus mūdus nō ſapiebat quæ ſurſum ſunt
ſed quæ ſuper terram. Erat diuino inſipi-
dus palato & ingrat⁹ illi, animalis homo
nō percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei ſtul
*Gal.* 3. titia enim fuit illi. Erat tetri odoris quo-
modo enim quod inſulſum & corruptū
erat bonum adorem ſpirare poterat, erāt
denique omnia concluſa ſub peccato
cui⁹ fœtore nihil tetrius, verſabatur inca
ligine, notiſsima ſunt illa: Eratis aliquā-
do

do tenebræ: Tenebrę trāſierunt: tenebris
obſcuratū habētes intellectū, errabāt ab
vtero, loquebantur falſa, inpingebant in *Eph* 4.
certitudine rerū altiſsimarum & grauiſsi
marū qui mundana ſapientia erant turgi
di, vt de immortalitate animi, de præmio 1. *Joan.* 1
bonorū & malorū, de Deo, etiam ſi varia
de his volumina ſcripſerint mille illa il- *Mundi*
lorū tenebris offuſcata, his malis Chri- *caligo.*
ſti optimi maximi optatiſsimo aduentu
ex Apoſtolorū creatione eſt prouiſum, in
quos ſermones dirigens dixit: Vos eſtis *Jacob.* 1.
ſal terræ: Vos eſtis lux mūdi, veſtra vos *Co* 3.
ſapiētia quæ de ſurſum eſt deſcēdēs a pa-
tre luminum mundū cōdietis vt quæ ſur
ſum ſunt ſapiat, vt carnis corruptionē fu *Col.* 3.
giat, vt Chriſti bon⁹ odor ſit in omni lo
co, veſtro ſplēdore fugabitis illorū tene- 2. *Cor.* 2.
bras & obſcuratos illorū intellect⁹ diui-
narū rerū notitia & fulgore illuminabi- *Rom.* 1.
tis & abijcere facietis illos opera tenebra
rū fiēt filij lucis, ambulabūt nō iā vt cæ- *Rom.* 13.
ci & manu tētātes, non impingēt in rerū
certitudine ſed nitidiſsimā & certiſsimā
de rebus omnibus habebunt certitudinē
etiam ſi cæleſtes ſint illæ & diuinæ vt *Ephe.* 5.
de

de Deo, de mundi creatione, de æterni in
*Eſai. 9.* carnatione filij, videbit hoc modo lucē
magnam, populus qui ambulat in tene-
*Luc. 1.* bris, implebitur egregium illud & lætū
Zachariæ vaticinium : per viſcera Ma-
*Expende* riæ Dei noſtri inquibus viſitauit nos o-
*quibus* riens exalto, illuminare his qui in tene-
*credatur* bris & in vmbra mortis ſedent ſed qui-
*munus* bus hæc totius mundi ſalis conſperſio,
*ita neceſ* & tenebrarum illius fugatio, & illumina
*ſarium* tio illorum, credatur expende, ſunt enim
*& glorio* innumera illa ſublimia excelſa & quæ
*ſum.* nullus vmquam Socrates nullus Plato,
nullus Ariſtoteles, neq; rethorū & phi-
loſophorum omnium ſchola.

Potuiſſet vel in mundi portiuncula ali
qua abſoluere, creditur illa piſcatoribus
& ignaris hominibus quid igitur piſca-
toribus cum ſapientiæ ſale? Quid cum lu
ce illis? quomodo iſti ſal eſſe poterunt,
quomodo lumen qui & ſi ſapientiſsimi
*Expende* eſſent & celſiſsimi cum tamen tam ſit il
*mirabi-* lorum numerus rarus ſal quidem eſſe poſ
*lia iſta.* ſet vnius alteriuſue prouinciæ, ſed ſal ter
ræ & lux mundi quomodo eſſe poterūt?
vtraque mirabilia ſunt, & innumeris re-
bus



bus mirabilibus mirabiliora & pro qui-
bus digniſsime dicatur: mirabilis Deus
in ſanctis ſuis Deus Iſrael ipſe dabit vir
tutem & fortitudinem plebi ſuæ, benedi *Pſal. 67.*
ctus Deus hæ ſunt Dei profundæ cogni
tiones, hæc confortata ſapientia quā ho- *Pſal. 91.*
mines non poſſunt attingere, hæc mira- *Pſal. 76.*
bilia quæ ſolus Deus facere poteſt. Hæc
ſapiētia quæ ſtultam facit ſapientiam hu
ius mundi, hoc totus demiratus vbique
eſt mundus, ſi enim, diuitibus diuites ſu
peraſſet Deus, nobiles nobilibus, forti-
bus fortes, ſapientibus ſapientes etiam ſi
numero fuiſſent inferiores, eiſdem cum
pugnaſſet ille armis, non eſſet mirabilis
victoria; neq; diuina agnoſceretur illa.
Si illis qui arte, labore, ſtudio, & aſsidua *1 Cor. 1.*
voluminum lectione ſal eſſent effecti
mundum ſaliret, ſi illis qui ignorantiæ
tenebris, aſsiduis vigilijs & variarum co
gnitione rerum fugatis lux fuiſſent effe-
cti illuminaſſet, quæ hæc nouitas? aut re-
rum inuſitatio quæ miraculo dari debe-
re videretur? at viciſſe pauperibus diui-
tes, debilibus fortes, ignobilibus nobi-
les, ignaris ſapientes, inſulſis natura ſua
ſaliſſe,

ſaliſſe; & obſcuris illuminaſſe, & rariſſimo illorum numero neque eo vnito vt fortior eſſet illorum virtus: ſed per orbem diſperſo, innumerabiles prouincias condiuiſſe, & illuminaſſe hoc dexteræ Dei eſſe opus manifeſtauit & candor ipſe ſalis, & virtus & efficacia cæleſtem eſſe ſalem planiſsime manifeſtabat in pſalmis illis diuina infuſum manu, vorabat enim ſapientia illa omnem mundi ſapientiam neque valebat illi reſiſtere, vt quondam Moſi ſerpens, magorum Ægypti ſerpentes, totaque Philoſophiæ flumina vt quondam Iordanis conuertebantur retrorſum, luxque illa & ſplendor apertius quam radij ſolis ob illorum ingentem ſplendorem Solis eſſe radios teſtantur, teſtabatur illa diuini ſupremique ſolis lumen eſſe cuius comparatione omnis mundi ſapientia aut obſcura erat aut tenuis quædam ſcintilla, hinc diuinam adeſſe in his manũ correptus admiratione agnoſcebat mundus, & gloriæ ducebant gymnaſiorum magiſtri quæ in defeſſo labore &

*Virtus dexteræ Dei.*

*Exod. c. 7*

*Pſal. 13.*

*Sapientes fiebant piſcatorum diſcipuli.*



& longo didicerant tempore & docentis piſcatoris alioqui deſpecti & incogniti diſcipuli fieri, inquo pluſquam infacie Moſis diuinius emicabat fulgor & mirabilium virtutum candidus diuinæ ſapientiæ ſal elucebat, neque enim his qui ſapiunt difficile eſt cognitu diuinæ ſapientiæ voces, & humanæ, aut intentis lucernæ ſplendor & Solis lumẽ, ſonaret enim longe diuerſius quam ſuauiſsimi cantus cygni, ab anſerum raucitate, & ſplendent differentius quã nubes & ſplendor, his igitur ad ſuprema iſta munera creatis & dicatis illis tam ardens fuit obeundi abſoluendique iniuncti muneris deſiderium vt totum orbem peragrauerint, totique illius potentię & ſapientię ſe oppoſuerint, innumeros perpeſsi labores, difficultates, pericula, quæ cõpẽdio breui, compleſtens Apoſtolus ait: Sancti ludibria & verbera experti ac ita quod ſui fuit munetis abſoluerũt, vt neq; imagine mortis, neq; morte ipſa a ſuo vnquam munere deſiſterẽt, & ita ſale condiuere mundum & lu-

*Exod. 34*

*Apoſtolorum inuictus animus.*

& luce ſuffūdere, teſtetur terra ipſa, teſte
tur mundus vix enim Angelus in illō
eſt qui hunc non ſapiat ſalem, qui hac
luce non fulgeat. O quam ſunt viris
iſtis probatiſsimis, & ſanctiſsimis nobi-
*Sal terræ doctores.* litate ingenij ſimiles qui munera quibus
dicantur omnia poſito ſtudio abſoluere
laborant, & eſſe quod dicuntur, & pręſta
re quę nomina permittunt, vt fecere He
roes iſti Apoſtolico muneri dicati & ſal
terræ & lux mundi dicti, præſtant id op-
timi paſtores in greges, iudices ęqui in iu
dicia, moderatores probi in rempublicā,
boni parentes in filios & laudabiles qui
nunc ſal ſunt terræ & lux mundi ſal hic
pluribus ita communicatus fuit vt & ip-
ſi ſal ſint & dicantur, ita communicata
*D. Tho. encomiū.* lux, vt & lux illi appellētur, ſuntq; mul
ti inter hos primas tenētes ex quorū feli-
ciſsimo numero & ordine noſter fuit bea
tiſsimus Thomas, mira cum poſsint de
ſanctis omnibus prædicari, qui vitæ can
dore & admirabili laborum perpeſsione
magis gloriam Dei enarrarunt quam cę
*Pſal. 18.* li, magis opera manuū eius quam firma
mentum & in quibus miſericordias ſuas
Deus



Deus mirificauit, & de quibus magna il *Hebr. 12.*
la Pauli encomia: Obturauerunt ora
leonum, extinxerunt ignes, effugauerūt
aciem gladij, fortes facti ſunt in bello,
de Thoma noſtro non ſunt illis inferio-
ra quæ dici poſſunt, vtinam talem ille
hodie haberet oratorem qualem illius
vitæ ſanctitas, variarum literarum inau-
dita cognitio miraculorum admirabilis
ſplendor poſtulabant, ſed feret opem ip-
ſe, & materia, quæ præ illius præſtantia,
vt ſolet aurum rudi artificis manu im-
polite laboratum, ſuo habebitur in pre *Probant ſimilia doctrinā*
tio & ſi rudi tractetur illa ſtylo, & rudio
ri diſcutiatur ingenio, nam & indola-
tæ gemmæ ſua non carent extimatione,
fateor in cryſtalino vaſe nitidiorem vide
ri aquam quam in teſtaceo, & inſertum
auro adamantem ſplendidiorem videri,
& quę natura ſua Pulchra ſunt pulchrio
ra pretioſis ornamentis fieri, ſed affectus
in virum hunc ſanctiſsimum, orbis to-
tius illuſtratorem, harum omnium re- *Expende*
rum ſupplebit vt ſpero defectus. Hic im
primis ſibi dictum putauit quod dictum
fuerat á Paulo chariſsimo ſibi diſcipu-

lo Thimoteo attẽde tibi & doctrinę hoc
1. Tim. 4 enim faciens & te ipſum ſaluum facies
& eos qui te audiunt; in prioribus illis
idem adhibuit ſtudiũ quod in poſterio-
ribus, ac ita in vtriſq; euaſit ſummus, in
eo quod attendit ſibi ſanctus, in eo quod
attendit doctrinæ ſapiens. De illius ſan-
Mat. 13. ctitate illa habes quæ ſæculo ſuo & futu
ris fuerunt admirationi, inuenit ille the-
Theſaurus religionis. ſaurum religionis abſconditũ in agro, &
præ gaudio illius vadit & vendit vniuer-
ſa quę habuit & emit illũ, inuenit vnam
prętioſam margaritã abijt. Nouit quod
in deſerto illo pluit mãna omnis in ſe ſa-
Exod. 9. & Pſal. 77. poris ſuauitatẽ habens, quod in otio illo
locus eſt vt vacetur animi negotio quod
ſolum eſt neceſſarium, nouit quod ma-
ris huius religio eſt portus, quod militiæ
huius religio eſt præſidium, ac tandem
quod vt ſibi & doctrinæ attenderet nul-
Religioſi ſtatus be nemeritæ laudes. lus locus magis aptus, nam abſunt ab il-
lo humanorum negotiorum ſtrepitus, &
curæ animos diſtrahentes & ita ibi & ſi-
bi & doctrinę attendit vt orbi fuerit toti
exemplo admirationi, nam fuit ille vt
Samuel alter a primis vnguiculis non
diſcedens

diſcedens a templo, ſed illius obſequijs
dicatꝰ, fuit Ioſeph alter caſtitate, Daniel 1. Reg. 1. & 3.
alter deſiderijs optimis, & Ezechieli ſimi Gene. 39.
lis in myſteriorũ illi manifeſtatione, cę-
litus facta: Nouit Sanctitatem ſine do-
ctrina vtilem eſſe Eccleſiæ & gratã Deo
literas ſine ſanctitate parũ ſolere eſſe vti- Dani. 9.
les, omne autem tuliſſe punctum qui miſ
tuit ſanctitatem doctrinæ doctrinã ſancti
tati, ac ita illas in ſe ipſe coniunxit, & ta- Ezech. 1.
li tamque excelſo modo vt neutra alte-
ri cedat. Euenere omnino illi quæ prædi-
cta fuerant ab Ezechiele & miro modo
completa fuere in illo.

Comede volumen iſtud & vadens lo
quere ad filios Iſrael, & aperui os me- Sãctitas doctrina.
um & cibauit me volumine illo, & di-
xit ad me filij hominis venter tuus co-
medet & viſcera tua complebuntur
volumine iſto quod ego tibi do, & co- Ezech. 2.
medi illud & factum eſt in ore meo ſi-
cut mel dulce, & ecce manus miſſa
ad me, in qua erat inuolutus liber & ex-
pandit illum coram me qui erat ſcriptus
intus & foris & ſcriptæ erant in eo lamẽ

tationes & carmen &c. ac ita factum eſt
vnum ex animantibus plenis oculis &
totum corpus oculis plenum: quibus
tot tamque mirabilia vidit vt dici quo-
dammodo poſsit de illo quod de fœmi-
*Ezech.* 1. na laudabili á ſapientia dictum: mul-
ti filij congregauerunt diuitias tu ſuper-
greſſus es vniuerſos, vidit aquilinis illis
*Vid Gre.* oculis quibus totus erat plenus naturæ
*hiſt* 3. *in* myſteria omnia, ac ita de illis diſeruit,
*Ezech.* 3 vt poſsit de illo non incõgrue dici quod
de Salomone: & diſputauit ſuper lignis
á cedro quæ eſt in Libano vſque ad hi-
ſopum quæ egreditur de pariete, & diſe-
*Prou.* 31. ruit de iumentis, & volucribus, de repti
libus & piſcibus, mandauit quæ vidit
literis ita lucide & perſpicue vt merito
*Sapiẽtia* illa non intellexiſſe tantum ſed vidiſſe
*Thomæ.* dicas, vidit quæ ad morum reformatio-
nem attinebant ſiue priuatæ domus, ſiue
reipublicæ, & mandauit quæ vidit literis
ita egregie, vt geſsiſſe illum huiuſmodi
munera magna cum admiratione dicas,
3. *Reg.* 4 ita de illis ſcribit appoſite & vtiliter, ſed
cum rebus iſtis humanis cum tanta præ-
ſtantia & celſitudine ingenij indignis re
lictis



lictis & vt inprimis dimiſsis, ad rerũ diui
narum contemplationem, lectionem &
ſcriptionem ſe ſe diuina ope Tranſtulit, *Ezech.* 1.
iam non hunc columbam in volãdo di
cas ſed aquilam, & de qua quodammo- *Pſal.* 118
do dici poſsit quod de Ioanne & facies
aquilæ deſuper ipſorum quatuor, reue-
laſſe illi credas dominum mirabilia de le
ge ſua, dediſſe intellectum vt ſciret teſti *Cant.* 2.
monia illius, introduxiſſe illum in cellã
vinariam, eſſeque beatum illum de quo
Dauid: beatus quem tu erudieris Domi- *Pſal.* 93.
ne, & de lege tua docueris eum, & virum
beatiſsimum ex illis quos idem prophe-
ta inter beatos cõnumerat, beati qui ſcru
tantur teſtimonia eius & in toto corde *Pſal.* 118
exquirunt eum, ſcrutatus enim ille eſt
diuina teſtimonia vt in illis meditatus,
die ac nocte, & præ ſalute & ſpecie dile- *Pſal.* 1.
xit diuinam hanc ſapientiam ſuper ſalu-
tem & ſpeciem dilexi illam & propoſui
pro luce habere illam quoniã inextingui
bile eſt lumen illius, venerunt autem mi *Sap.* 7
hi omnia bona cum illa & innumerabi-
lis honeſtas per manus illius, congruũt- *Eccle.* 39
que illi magna illa quę de felicitate illius

Pp 3 con-

qui ſapientiam adeptus eſt, dicuntur, beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia, melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti, primi & puriſſimi fructus eius, pretioſior eſt omnibus opibus, & omnia quæ deſiderantur huic non valent comparari, obſeruabat ſemper illud dum diuina cum modeſtia, diuina ſcrutabatur teſtimonia, vt ſugeret mel quod in fauo illo latebat, & expreſſũ in Eccleſiæ vtilitatem eliceret, cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum & in conſpectu altiſsimi deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum, iſtaque ille præſtans voluit Dominus magnus, ſeruum ſibi ſubditiſsimum & deditiſsimum Thomam ſpiritu intelligẽtiæ eo quo ſonant verba modo replere, quo ipſe poſtea totum repleuit orbem, qui quod maxime ſonat Thomas eſt:

*Thomam omnia ſonant.*

*Thomas ſal efficaciſsimus.*

In extinguibile eſt lumen illius. Hoc ſale innumeræ condiuntur nationes quo conſperſæ non putreſiunt, non corrumpuntur, non gignunt hæreſes, vermes, non obolent, hac luce maxima mundi pars illuminatur & illa ſuffuſi vitant anfractus, præcipitia & errores hæreticorum.

Vnde æquiſsime & ſapientiſsime vt omnia Eccleſia (que tanti filij gloria exultat iſta in illius ſolemnitate canit, collaudabũt multi ſapiẽtiam eius & vſque in ſæculum non delebitur, non recedet memoria eius & nomen eius requiretur a generatione in generationem, ſapientiam eius enarrabunt gentes & laudem eius enuntiabit Eccleſia & qui tantopere, in priore illa diuini carminis profecit parte, mire excelluit in ſecunda, imo ſecunda iſta, ratio omnino fuit propter quam tantopere excelluit in illa & toto corde exquirunt eum. Mirabilia teſtimonia tua, ideò ſcrutata eſt ea anima mea. Qui illum non quærentes teſtimonia illius ſcrutantur abſcondit illa ab illis quorſum enim non ſuis, præ malitia, aut animi elatione teſtimonia manifeſtauit Deus ſua? In quos dici illa poterant: Defecerunt ſcru- *Eccl. 39.*

ſcrutantes ſcrutinio. iſti & ſi videantur attendere doctrinæ, minime quo debent attendunt modo, vnde damnabuntur, vt inſipientes illi, ſaluabuntur, qui Thomę ſanctiſsimi noſtri diſcipuli & imitatores ſibi & doctrina attendunt quod vt omnibus contingat, ſaxit Deus.

## *SALVTATIO.*

*QVi perforari ſacras hodie permittit homi num amore manus vt in benefaciendo ſit largior, non erit in largienda gratia minus mu nificus. Precemur virginem impetret nobis illam.*

## QVIS, QVID A QVIbus, ad quid, & propter, quos patiatur, &c.

THE-



# THEMA.

## Inclinato capite miſsit ſpiritum.

TANTO enim grauiora flagella ſunt, & magis horrenda illa & quæ magis dura emolliunt viſcera, quanto præſtantior qui patitur, innocentior, magis bene factor, nobis magis coniunctus. Quod ſi pro nobis pateretur illa, propter noſtra delicta & vt a ſuplicijs pro illis debitis liberaremur non eſt qui indicibili nō cruacietur dolore, & qui vt liberaretur talia patiens, in media ſponte non proſiliret tormenta. *Expende.*

Verbum patris, æterna illius ſapientia per quē facta ſunt omnia, & cui ſeruiunt illa, is qui cœlos illis extendit luminaria magna fecit cuius oris ſpiritu omnes virtus & ornatus illorum factus eſt, qui terram ſuper ſtabilitatem ſuam fundauit, *Maieſtas patientis. Joan 1. Pſal. 77. & 88. Pſ. 102.*

qui dominatur poteſtati maris, qui producit ventos de Theſauris ſuis, qui dixit denique & facta ſunt mandauit & creata ſunt is vt hominem repararet perditum, quem de rigore iuſtitiæ reparari alio modo non poſſe nouerat, niſi quemadmodum ille in infinitum Deum deliquerat propter quod æternæ pœnæ reus fuerat conſtitutus, infinitus etiam eſſet qui patiendo ſatisfaceret, cum pati illa Deus non poſſet, homo fieri decreuit, vt pateretur. Is igitur, ita ſapiens, ita potens, ita iuſtus is eſt qui patitur: turbatur animus, iſta cogitans, hæret palato lingua, totus dolore & horrore homo concutitur, miratur diuino imperio frenata Maria terram ſubditam, trementes ventos, feras manſuefactas, cæleſtes acies detentas, omnia enim iſta in tanti patratores ſceleris irruerent, ni diuinis catenis compræhēſe detinerentur. Certiſsima ſunt iſta, non vides alligatum canem, ſe ipſum dilaniare velle, aera implere eiulatu, cum dominum ſuum cuius beneficio ſuſtentatur gladio videt feriri aut ligno? Non vidiſti propter ridicula puerorum conuitia

*Horret iſta animus.*

*Expende.*

*4. Reg. 2*



tia egredientes de ſaltu leones, in pueros Heliſeum dehoneſtantes, non vidiſti voracem ignē de cœlis deſcendētē, in quinquagenarios milites Heliam homo Dei compellantes, non vidiſti apertam terram & deglucientem Dathan & operientem congregationem Abiron, non vidiſti arefactam regis Hieroboan manum quam tātum extendit in Annani, non vidiſti obpercuſſum & in carcerem detruſſum Micheam, occiſum in bello Achab: Et canes illius ſanguinem lambentes, nō vidiſti impiam Iezabelem, miſerandi huius Regis vxorem, prophetarum diram perſequutricē e feneſtra deturbatam, dilaniatam á canibus, quod ſi iſta & iſtis ſimilia multa, feciſſe res vides iſtas inanimes, & animæ participes in ſeruorum vindictam, quid illa in domini & autoris vindictam feciſſent, ni ipſe vt ſuas patiens, ac libens omnipotentes cohibebat vires cohiberet & illas? Patitur igitur Deus homo, puritate purior, iuſtitia æquior, ſanctitate ſanctior, mirabilium operator, diuinorum munerum largitor, diuinæ, magiſter doctrinæ, in

*4. Reg. 2*

*Pſ. 105. & 121. & num. 16.*

*3. Re. 16.*

*3. Re. 22.*

*3. Re. 21.*

*Patitur. Deus homo.*

in infinitum ſyncerior Abele, inculpatior Daniele, Iſaach obedientior, in infinitum magis de homine benemeritus, quã de Saule Dauid, quã idẽ pater de filio Abſalone, etſi immanis huius ingratitudinis fuerint quodammodo illa typus, ad cuius enarrationem non eſt qui temperet á lacrymis, enarra quæ ille in Saulem beneficia, cummulauerit, quæ in Abſalonem & vtriuſque exitum miſerandum. Sed ſi placet etſi inuerſo fortaſſe ordine, procedere videamur, ne pre mœroris á cerbitate deſit ſpiritus, cum ignominias verbera & crucem recenſuerimus, pro quibus Paſſurus ſit illa intelligamus. Nam cum quis proprijs patitur delictis, ſi homo ſit ille Magnus condolemus, compatimur, collacrymamur quid ſi pro noſtris pateretur? Patitur igitur Chriſtus maximus & innocentiſsimus pro noſtris ó homines delictis, nos illa commiſsimus, ille cum nihil mali fecerit, bona fecit innumera. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, nos igitur peccaueramus, nos eramus puniendi, ne puniatur culpa noſtra, patitur innocentia illius, nos eramus filij iræ vt nos reconciliet patri. Nos æternæ debitores pœnæ, ille affixit chirographum cruci quod contra nos erat, delens quod aduerſum nos erat chirographum decreti quod erat contrarium vobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci, nos peccatores, pro nobis qui peccatum non fecit, cum qui nõ nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo nos maledicti, Chriſtus nos redemit de maledicto legis fact⁹ pro nobis maledictum, quia ſcriptum eſt maledictus omnis qui pependit in ligno, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu. Nos captiui, ille noſtra per crucis ignominiam factus eſt redemptio, nos immundi & diuino ob id indignisſimi conſpectu.

*Gen. 4. Dan. 6. Gen. 22. 1. Re. 17. 2. Re. 19. Eſai. 53. 2. Cor. 5. Col. 2. 2. Cor. 5. Gal. 3. Deut. 21. Eph. 5.*

Nos mille modis alienati á gratia Dei. Pro nobis igitur tot patitur mala, non tãtũ vt liberet á malis, ſummum id erat beneficium cum quis inculpatus pro culpato patitur ne patiatur ille, ſed vt indicibilibus bonis fortunet, ditet, honoret exaltet,

*Eph. 4. et Col. 1.*

xaltet, glorificet. Quid nos miſeri homines, & tanti vix digni nomine pro iſtis rependimus: qui etſi illius amore ſimilia *Ingratitudo hominum.* pateremur, neque enim ſi fieri poſſet eadem eſſent, ſimilia eſſent, nam aut nos digni eſſemus illis, aut non eſſemus innocentes vt ille, aut ſaltem perſonę dignitate & præſtantia diſsimillimi. Sed quid re *2. Cor. 5.* quirat pro tantis Paulus audi? Mortuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt non iam ſibi viuāt ſed ei, qui pro illis mortuus eſt. Em *1. Cor. 6.* pti enim eſtis pretio magno, & iam non eſtis veſtri, glorificate & portate Deum in corpore veſtro, quod á te exigit ſi ſapis homo Dei, inte nouum beneficium eſt præter magna illa exhibita ſunt quidam ita nefarij vt pro tantis beneficijs, ſpinis ſpinas addāt, verberibus verbera inquos illa ſunt Pauli: Qui Chriſtum concul- *Hebr. 6.* cauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit in quo ſanctificatus eſt quāto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, noſtis ò homines quæ ſit dignitas pa *Expende paſsionis fructus.* tientis, & qui ſunt pro quibus patitur, & ad quid patiatur illa, paſſum enim fuiſſe diximus vt reconciliet, vt damnet peccatum, vt nos â maledicto liberet, vt redimat, vt mundet, vt reconciliet, vt æterni regni nos hæredes efficiat. á quibus patiatur expende, auget enim vim doloris, *Augent iſta dolorem.* venditionis Ioſeph quod á fratribus, per ſequutionis Dauid quod á Saule in quē tam fuerat ille benignus: quod ab Abſalone filio quem tot ille decorauerat beneficijs. *Gen. 37.*

Patitur Ieſus & venditur á fratre, & ip *1. Re. 19* ſius diuini collegij collega, á Saule, po- *2. Re. 15.* pulo ſcilicet Hæbreorum in cuius beneficium, diuinæ illæ doctrinæ toties pulſant lyram. Ab Abſalone filio ſibi chariſsimo, & quem pulcherrima olim ſacrificiorum, & cæremoniarum Cæſarie decorauerat, & vt crudeliora & doloris, & ignominiæ magis plena patiatur, traditur gentibus ad illudendum, traditur diris, ſiccarijs, & execrandis hominibus, qui crudelitatem pro pietate co *Expoſitiō* lunt, corona ſpinea adorandum caput, cum crudelitate irridentes, & ſubſanantes ornant. O Ieſu perfidi illi, nos autē qui nouimus beneficio tuo quis ſis, nos ipſos noſtraque omnia tibi, ſummittimus,

mus, & hanc tuam coronā ſpineam, quia capiti tuo impoſita, maioris habemus om ni aureo diademate gēmis pretioſiſsimis referto, arundineoq; iſtis ſceptro ſceptra ſe Christiana oīa ſūmittunt. Fortaſſe his ſatiata eſt cruēta inuidia, dirum odium depoſuit? Non hæc ſunt viſcera Caini, non ſatiabitur donec Abeli vitam adimat, impietas iudicis quodammodo reſpectum immanis Iudaici populi impietatis pia, cupiens tot modis afflictum Ieſum abſoluere ait, quem vultis vobis dimittam: quæ hæc nefanda comparatio: quid lux cum tenebris, quid culpa cum innocentia: cum pietate impietas: cum patratore bonorum omnium latro? Iniquiſsimum iſtud iniquiora audies homo Barrabam reſpondent, ó humana iudicia cæca, inuerſa, currupta execranda.

Gen. 4.

Text:

De Ieſu qui dicitur Chriſt⁹, crucifigatur. Ducitur diuinus Iſaach, faſce hum[illegible] impoſito, ſiſtitur in caluariæ loco, nudatur, qui amictus eſt lumine ſicut veſtimēto, qui lilia veſtit Salomone præſtātius, nudatur vt nos exuentes veterem hominem illum induamus, extenditur qui extendit coelos qui extendit manum ſuam in retribuendo, qui ita habet extenſa brachia, vt in manu illius ſint omnes fines terræ, ita potentia vt brachia conterat ferrea, vt nullus brachio illius valeat reſiſtere, qui facit potentiam in brachio ſuo, perforantur manus quæ fecerunt nos, & plaſmauerunt nos, de quibus Dauid & opera manuum eius anunciat firmamentum, manus mirabilium rerum operatrices, largitrices immēſorum bonorum, pedes baſes qui erant argentei celſiſsimi corporis, extollitur á terra, vt nos extollat ad cœlum, hi ſunt veri paradiſi fontes, hic verus Iordanis lepram ſanās, hic verus agni ſanguis, vnctos á vindice Angelo liberans, hoc mundi verum lauacrum, huius colore inſigniēdæ ſunt, omnes huius ſupremi paſtoris oues, his perforatis manibus noſtræ ſoluitur redēptionis copioſiſsimum pretium, huius fidei viuæ aſpectu ſanantur omnes á peccati viperis percuſsi. Vide ò pater ęterne ſit ne hęc tunica filij tui, veri quidem agni, veri Ioſeph ſanguine eſt illa conſperſa, mater clementiſsima, reſpice ſpecioſam

Gen. 22. Pſ. 103. Matt. 6. Eph. 4. Pſa. 131. Pſal. 131. Pſa. 46. Sap. 15. Pſal. 18. Chriſti vulnera. 4. Re. 4. Exod. 29 1. Cor. 6. 1. Petr. 1 Num. 21. Gen. 37.

formam præ filijs hominum, reſpice labia in quibus diffuſa erat gratia, reſpice pendentem, & fac vt nos pēdeamus ſemper ex illo, & theſauri tot doloribus &

Gal. 6. cruciatibus parti, ne fiat in nobis iactura Maria precare fac vt iā abſit nobis gloriari niſi in cruce Domini noſtri filij tui vt eius vulnera, noſtrorum ſint medicamina vulnerum, illius mors nobis vita ſit ſempiterna. Reſpice ò Pater in faciem

Pſal. 83. Chriſti tui, vt auertas faciem tuam á peccatis noſtris, noſq; reconciliatos, redemptos, mundatos tecum recipe.

## *SALVTATIO.*

*NVLLVM ad largienda beneficia tempus aptius & ad petenda illa eſt, læto & iubilo tempore. eſt hoc lætiſsimum, petamus & dabuntur illa nobis.*

## DE GAVDIO RESVRrectionis.

THE-



# THEMA.

## Iubilate Deo omnis terra, ſeruite Domino in lætitia.

NVnquam tam læta eſt ſerenitas diei, nunquam illa ita grata & iucunda, vt eſt illa quę ſequuta eſt poſt denſa nubila, horrēda tonitrua, metuenda fulgura, caliginoſam, & plenam horroris noctem, nūquam ita placida eſt amæna maris quies, pax, & tranquillitas vt poſt quā ſequitur illa poſt horrendam tempeſtatem, tumentium fluctuum, perſonantium ventorum qualis deſcripta illa eſt á Dauide, omni nauta proprius illam deſcribenti, dixit & ſtetit ſpiritus procellarum.

*Probant lætandi rationem ſimilia.*

*Pſa. 106*

Nunquam honoris ſplendor magis lætus, iucundus & lętificans, quam cū poſt

 depræ

depræhenſionem, ignominiam & ſqualorem ſequitur ille, quem nō afficeret lætitia vt geſtire feciſſet prę gaudio eductio
*Dan.* 14. Danielis de lacu leonum, in quem incul patiſsimè inuidia Satraparum fuerat cō iectus, & illius in tantam gloriam exaltatio? Quem non immenſo affeciſſet iubi
*Gen.* 41. lo, cui nota fuiſſet puritas, innocentia & ſanctitas Ioſeph, libertas è carcere, & quæ calamitatem illam ſequitur gloria, tōſio capitis, nudatio veſtium, annuli poſtea regis traditio, conſtitutio illius ſuper omnem domum poſſeſsiones, ſenes & principes, & appellantes illum nationes, lingua ſua ſaluatorem.

Quis non geſtiret præ letitia videns viꝛum pijſsimum Mardocheum, quē preſſum viderant impia & inſolenti Aman Tyrannide, rupto ſacco, fugato mæroꝛe lachrymis in lætitiam verſis, pretioſiſ-
*Heſt.* 6. ſimis indutum, equo inſidentem Regio, contrario vt præcone magna de illo & de Regia beneuolētia intonāte: ſed hę occaſiones lætitię & ſi iuſtiſsimæ ſint, huius noſtræ letitiæ ſunt vmbræ, vidimus ſuperiorem diem mæſtiſsimum, ita vt præ dolo



dolore obſcuratus fuerit ſol, monumenta aperta, petræ ſciſſæ, noctem obductā caligine, in qua tāta pro nobis noſter eſt paſſus Ieſus. Sequuta eſt huius diei ſerenitas, quæ omnes dies videtur ſplendore *Rom.* 6.
ſuperare, in qua Chriſtus exurgens á mortuis, iam nō moritur, mors illi vltra non dominabitur, vidimus acerrimam in illum excitatam á Phariſæorum, & Pontificum inuidia tempeſtatem, quam ſedare non præcepit præ amore in homines ille, ſequuta eſt tranquillitas huius diei cuncta exhilarantis, in quo placida ſunt cuncta, ſedati fluctus, ita vt proſperis iam nauigare videamur ventis. Vidimus Danielē noſtrum (immo dominum Danielis) cuius afflatus ſpiritu loquebatur, cuius animatus ope minas contemnebat Regias, cuius Imperio flāmæ illum refrigerarunt, & ſubdita illi eſt ferocitas leonum, traditum leonibus quorum ferocitatem temperare noluit ille, ac ita in illum ad mortem vſque ſæuierunt, ſed victa morte reſurgêntem non torqueo aureo, &c.

Donatur á patre, ſed nomine illi da- *Phil.* 2.

 to,

to, quod eſt ſuper omne nomẽ & cui om
*Rom. 14* ne genu flectatur cœleſtium: terreſtriũ,
& infernorum. vidimus Ioſeph noſtrum
immo Ioſeph dominum cuius ille vo-
luntate ſomniauit, cuius beneficio á fra-
trum ſanguinolenta ſiti liberatus fuit,
cuius permiſsione venditus, in carcerem
innocens detruſus, cuius clementia libe
ratus, vidimus inquam illum venditum,
*Pſal. 83.* cõprehenſum, in noctis carcerẽ detruſ-
*Pſal. 24.* ſum, ſuſcitatẽ illum Patrẽ, ſplendore a
mictum, tonſa mortalitatis cæſarie, cæli
& terrę dñm declaratum, cunctis mundi
fratribus præfectum, proprio nomine ſal
uatorẽ appellatũ. Quis nõ exultet, & præ
lætitia geſtiat & tripudiet, & dicat: Cor
*Rom. 4.* meum & caro mea exultauerunt in Deũ
viuum, circumdediſti me lætitia vt can
tet tibi gloria mea? quis iam de peccati
morte exurgere non optabit cum illo, &
extincta in æternum peccata cupiat, quæ
& dominum addixere cruci, & pro quo-
rum extinctione mortuus eſt, & iuſtifica
*Chriſtia-* tionem tanti partam plus vita obſerua-
*na letitia* re curet, mortuus enim qui fuit propter
delicta noſtra, ſurrexit propter iuſtifica-
tionem



tionem noſtrã, induamus igitur hac die
pretioſiſsimis, vt ſunt illa, Induite viſce *Col. 3.*
ra miſericordiæ, induimini dominum Ie *Ephe 4.*
ſum Chriſtum, & carnis curam ne feceri *Rom. 13.*
tis, in deſiderijs incedamus nitidis, vt fi- *Ephe. 5.*
lij lucis, ambulate fructus enim lucis eſt
in omni bonitate & iuſtitia, & veritate
probãtes quid ſit placitum Deo, ſuauiſsi
mum odorem ſpirantes, ita vt odor Chri
ſti ſimus in omni loco, qui odor fragan- *Conuiuia*
tior eſt, omni (vt ſic dicam) ambare paſ- *læta.*
camus delicatis & ſuauibus, vt ſunt pura *Gene. 27.*
doctrina Chriſti corpore miſericordia in
pauperes ita vt ſimus, ſicut odor agri ple-
ni, deriuetur & hæc magnitudo lætitiæ
& gaudij ſuper abundantia etiam in cor-
pus, ſolent enim non famuli tantum Do *Lætitia*
mini manifeſtare lætitiam, ſed & parie- *corporis*
tum mundities & ornatus, induatur *probatur*
illud pretioſis & mundis, ornetur cum *ſimilibus*
ſobrietate, niteat munditie, epuletur, pa-
tis illud gaudijs vacet, impleãtur in illo
Dauidis illa, in tanta lætitię occaſione,
& mundi totius glorioſo triumpho: cor *Pſal. 67.*
meum & caro mea exultauerũt in Deum
 viuum

viuum, iuſti epulentur, & exultent in cō ſpectu Dei, delectētur in lætitia, ſecedat ab hominum mentibus fęda omnis cogitatio, ſermo vanus, opus turpe, nolint q̄ in ſe eſt tantam piorum obnubilare lætitiam, ſi enim dignus lapidibus videretur qui in hac publica cœli & terræ lætitia, fletu ſeſe indueret, maceraret, fleret, ferro & catenis ornaret quibus erit dignus qui hoc modo animum indueret, peccati mærore, ferreis illum ornauerit catenis & exurgere fecerit illa pro quorum vt diximus extinctione mortuus eſt Chriſtus.

*Probant dicta ſimilia.*

Quando igitur nullus ita erit animi ſui hoſtis, ita inſidiator, ita in ſe Naaſammanites, ita Pharao, ita Annon in nuntios Dauid iniurius, ſed omnes vel vitæ ſi oportuerit diſpendio, ſuprema dona tanti parta ſeruabimus, nō noſtra lętitia cōtenti, quādo omnibus illa cōmunis eſt, omnes ad illā inuitem⁹, non. n. priuata eſt iſta lętitia, vt fuit ort⁹ Iſaach, nō cognatorū & vicinorum vt fuit ortus Ioannis, nō vnius familiæ vt fuit viuentis & moderātis, in Ægypto Ioſeph, nūtiū, de cui⁹ gaudio pater ſe reuixiſſe dixit, nō vnius ciuitatis, vt fuit Bethuliæ quādo liberata eſt illa induſtria Iudith, ab obſidione, & mille bonis aucta, non vnius nationis, vt fuit illa populi ex Ægypto exeuntis, aut ex Babylone, de qua ſunt illa tūc repletum eſt os noſtrum gaudio & lingua exultatione, ſed cæleſtium illa eſt & terreſtrium. vident cælites dominum ſuum triumphantem, vident terreſtres Patrē, fratrem, Dominum, ducem, magiſtrum, aſſertorem, ac deniq; caput in omnibus ſuum. Laudate igitur Dominum de cælis, laudate eum in excelſis, Laudate eū omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius, Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes Stellæ & lumen.

*Hoſtes quiſint in ſemetipſos.*
*1. Re. 11.*
*2. Re. 10*
*Exod. 1. & 14.*
*2. Par. 19*
*Gen. 21.*
*Luc. 1.*
*Gen. 45.*
*Iudit. 13*
*Pſal. 125*
*Cōmunis omnium lætitia.*

Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyſſi ignis grando &c. Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri, beſtiæ & vniuerſa peccora ſerpentes & volucres pennatæ & horum omnium lætitiam noſtra ſuperet, quia nobis potiſsimum reſurrexit, qui pro nobis mortuus fuerat & maiora vt æquum eſt lætitiæ ſigna, & ā maioribus edantur, præeuntes nos in omnibus, ſicut dignitate

*Pſa. 105*

tate munere, & muneribus, præeunt, Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ, iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus laudēt nomen domini, quia exaltatum eſt nomen eius, cōfeſsio eius ſuper cælum & terram exaltauit enim cornu populi ſui: nunc per gratiam, exaltaturus pro clementia ſua in gloriam.

## SALVTATIO.

*MVLTA in ſcripturis, & grauiſsima illa latere docuerunt nos diſcipuli ita loquuti, dum aperiret nobis ſcripturas, eodem enim illarū apertore & manifeſtatore ſumme egemus nos, precemur virginem hanc nobis ab illo gratiam obtineat, Aue Maria.*

## THEMA.

# O ſtulti & tardi corde ad credendum.

EST



EST tanta reſurrectionis autoritas, vt oportuerit illam multis varijſq; modis & apparitionibus confirmari, non tam vt illius reſurrectio crederetur, quā vt & illa & noſtra crederetur, de ipſius autē reſurrectione poſt reſurrectionem factam in Lazaro, quæ occcaſio dubitandi relicta eſt quid enim mirum quod in proprium Chriſtus exerceret corpus quod exercuit in alienum? & qui quatriduanū reſuſcitauit Lazarum ſeipſum die tertia reſuſcitet? An anguſtioris potentiæ in ſe ipſum ille eſt quam in alios, illius virtute Heliſei Prophetæ mortuum corpus in illius ſepulcrū caſu iactatū defunctū, ſolo illius attactu reſuſcitauit, quid igitur mirū quod ſe ipſum reſuſcitet virtutis & potētię autor & cōmunicator, fuitq; ęquiſſimū, & diuina illius potentia & ſapientia digniſsimū ita fieri, nā ſi multorū corpora ſanctorum, quia vitę incorruptionē meditata illa ſunt dū viuerent, & Chriſti bon⁹ odor vbiq; fuere, ſeruat ille in ſepulchris, fere incorrupta & odorem ſuauiſsimū ſpirātia, cur corp⁹ illi⁹ tāto illis excel-

Joan. 11.

4. Re. 13

excellentius & quod dum vixit in terris cæleſtem vitam egit, cuius vita ſalus fuit mundi, in hoc illis non præferret, vt poſt tertiam diem reſurgeret, alioqui ab impijs impotentiæ argueretur, & nobis non tanta eſſet reſurrectionis ſpes, corruptioni nequaquam poſſet ſubeſſe illud

*Expende.*

quia diuinitati coniunctum, ſed fingamus voluiſſe illud incorruptum inſepulchro manere videretur quodammodo iniuria fieri animæ vt ab illius illa ſeparata eſſet conſortio, & ſi diuinitati vnita cuius ope, miniſterio tanta tam ſublimia & glorioſa, fuerant operata, neque e qua deriuata eſſet vtilitas humano generi, perſequerentur imprimis defunctum corpus Iudæi, & mille illud latere

*Conueniẽtiſsima Chriſti reſurrectio*

modis curarent, neq; incorruptio illius & diuinius quem ſpiraret illud odor neque mortuorum ſiqui illud tangerent reſuſcitatio, & miraculoſa multorum ſanatio, ad conuertendos illos ſuffeciſſent, quando viuum illud eadem, & maiora operans, & celſiſsima docens, ſuis percõtationibus ſatisfaciens, cogitatus ſuos manifeſtans, non ſunt illi emolliti neq; con-



conuerſi fuit igitur digna Deo potentia & ſapientia illius reſuſcitatio & in noſtram illa maiorem gloriam, & corporũ noſtrorum reſurrectionis certiſsimam ſpeciem, ſed cur omnibus ſe non manifeſtauit?

*Cur omnibus Chriſtus reſurgens non apparuit.*

plane quia quæcunque ſunt a Deo ſunt ordinata, & ita teſtibus grauibus, ſinceris, fide dignis, & numeroſo numero præordinatis tamen adeo ſe ſe manifeſtauit,

*Act. 10.*

quæ enim grauitas, veritas, autoritas, eſſe poteſt maior aut certior, quam teſtium, non quos ordinat mundus aut humana ſollicitudo ſed ordinatorum a Deo quibus ſe manifeſtauit,

*Matt. 7.*

doctrinæ ſuæ pretioſas Margaritas dum vitam ageret cum diſcipulis, ante porcos proijci vetauit, quia illas eſſent conculcaturi, pretium illarum pre malitia neſciẽtes, quorſum igitur pretioſiorem omnibus margaritis ſuæ reſurrectionis manifeſtationẽ veluti ante porcos proieciſſet ille, illis ſe manifeſtando, qui malitia ſua ex illius reſurrectione mortem erant amplius capturi dicentes Phantaſmata eſſe, aut non eſſe illum aut non vidiſſe, illis igitur appparet qui ſpectabant illam qui

*Diſcipulis cur apparuit reſurgens*

qui illa erãt cõfirmandi & inſtruẽdi, quĩ illã orbi erãt prædicaturi & vbiq; illius potẽtiã, veritatẽ & virtutẽ manifeſtaturi & conſilij profunditatem qua mori & ſe cruci affigi permiſsit, illius enim cõſpectus lætiſsimus, nõ tãtũ exhilarauit ſuos & mœroris nubila diſcuſsit, ſed cõfirmauit, animos addidit, inuictos reddidit, &

*Pſal. 39.* ſtatuit ſupra Petrã pedes illorũ, & immiſſit in ora illorũ canticum nouũ, carmen Deo ſuo. Noſtrã autem reſurrectionẽ & ſi innumera ſunt quæ reddant illã credibilẽ, vt occaſus iſte Solis quotidianus & ortus, picturata veris facies quæ ſingulis annis veluti a morte reſurgit. Magnarum arborum vt docet magnus Gregorius minima ſemina quæ omnino ex his quæ profert arbos nihil omnino in ſe habere videtur corticis fructũ, & magnitudinis ita magnæ vt cupreſsi. Lege Gregoriũ, & audi Damaſcenũ, ſi reſurrectio nõ eſt neque Deus eſt, neq; prouidentia eſt, tunc caſu omnia feruntur & aguntur, videmus enim plurimos iuſtos eſurientes, & iniuriam patientes, peccatores, autem, & iniuſtos indiuitijs & in omni voluptate abun-

*D. Greg. lib. m. 6. cap. 6.*

*Damaſ. lib. 4. fidei orth.*



